BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
21 B
18

M Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

57-D-11
57
D
18
57 L. 13

L
277

APODIXIS SANCTITATIS SANCTI GEORGII SVELLENSIS EPISCOPI.

Auctore

FR. DIMA SERPI CALARITANO
Ord. Minorum de Obſeruantia.

AD SANCTISSIMVM D. N.
PAVLVM V. PONT. MAX.



BIBL. COLL. ROM. SOC. IESV

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE,
Apud Iacobum Maſcardum. M. DC. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.

AVctor huius operis ſanctitatem S.Georgij Epiſcopi, defendendi piã ac religioſam Prouinciam ſuſcipiens:ita exactè,atque eruditè huic muneri ſatisfecit: vt ſi qui aliquando decepti fuerint, merito eis obiici poſſit illud Danielis:Reuertimini ad iudicium; quia falſum teſtimonium loquuti ſunt aduerſus eum.Quòd cum perlegerim attentè,ex ordine Reuerendiſſimi Patris N.Fratris Archangeli Ameſſana,Totius noſtræ Seraphicæ Religionis Generalis Miniſtri : exiſtimo pietati valde conſentaneum eſſe, vt in defenſionem tanti Præſulis : prælo mandetur . Ex Conuentu S.Petri Montis Aurei Almæ Vrbis Romæ .

Frater Ioannes de Cartagena .

FRater Archangelus A Meſſana,totius Ordinis S. Franciſci Generalis Miniſter,Reuerendo Patri F Dimæ Serpi,Prouinciæ noſtræ Sardiniæ Patri,Salutem.Cum honeſtas vigilias piaq. opera in animo fouenda duxerimus:præſentaueriſq. nobis Apodixim,ac Analiticam Sancti Pontificis,& Confeſſoris Georgii Suellenſis defenſionem, à te compoſitam: De mandato noſtro examinatam, per Reuerendum Patrem Fratrem Ioannẽ A Cartagena Sacræ Theologiæ in noſtro Conuentu S. Petri Montis Aurei,Almæ huius Vrbis , doctiſſimum Generalem Lectorem . Tenore præſentium licentiam tibi illam imprimendi concedimus.Datum Romæ, in noſtro Conuentu S.Mariæ de Araceli,Die 24.Ianuarii . Anno à natiuitate Domini. M. DC. V I I.

Frater Archangelus à Meſſana,qui ſupra manu propria.
Locus † Sigilli.

Imprimatur, Si placet R. P. M. Sacri Palatii Apoſtolici .
Cæſar Fidelis Viceſg.

EGo Domnus Conſtantinus Caetanus,Monachus Ordinis S.Benedicti, Congregationis Caſſinenſis, teſtor me,Superiorum iuſſu , diligenter perlegiſſe librum R.P.F.Dimæ Serpi Calaritani, Ordinis Minorum de Obſeruantia,cui Titulus,Apodixis Sãctitatis S.Georgii Calaritani:Suellenſis Epiſcopi : ac nihil in eo,quod Catholicæ Fidei, aut bonis moribus contrarium ſit,reperiſſe.In cuius rei veritatem,hanc atteſtationem mea manu ſubſcriptam cõfeci. Romæ,in Palatio Apoſtolico Die 8.Februarii. Anno Domini M. DC. I X.

Idem D. Conſtantinus Caet. qui ſupra manu propria.

Imprimatur. Fr. Thomas Pallauicinus Magiſter , & Socius Reuerendiſſimi P.Fr.Ludouici Yſtella Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri.

BEATISSIMO
AC SANCTISSIMO D. N.
PAVLO. V.
PONT. MAX.

DIVINA Prouidentia, quæ cuncta gubernat, PATER Beatiſsime, & multum diligit ea, quæ condidit; ordinatiſſimam reliquit Militantem Eccleſiam, ſponſam Christi dilectam, quã acquiſiuit pretioſo ſanguine. Ordinẽ enim hũc ita inſtituit: vt inferiora à Superioribus gubernentur: & ad vnum tandem perueniatur: tanquam Principẽ, caput, & gubernatorem cunctorum, quæ infra ſe ſunt. Sicut enim Grues vnam ſe-

quuntur; & in apibus vnus eſt Rex: ita etiã in militanti Eccleſia: quæ inſtar triũphantis ſe habet: vnus eſt omnium moderator, & arbiter Ieſu Chriſti Vicarius; à quo tanquam Capite: omnis in ſubiecta membra poteſtas deriuatur; quæ à Chriſto Ieſu Domino noſtro, ſine medio in ipſum influit. Nec enim in alium tanquam ſui exercitus Ducem, ſupremam auctoritatẽ Chriſtus Saluator noſter principaliter deriuaſſet: quam in ſuum Vicarium: qui Sacerdos eſt magnus: Pontifex Summus: Princeps Epiſcoporum: Hæres Apoſtolorum, Primatu, Abel; Gubernatu, Noe; Patriarchatu, Abrã; Ordine, Melchiſedech: Dignitate, Aaron: Auctoritate, Moyſes: Iudicatu, Samuel: Poteſtate, Petrus: Vnctione, Chriſtus: Qui non modo Ouium: ſed, & Paſtorum omniũ, Paſtor eſt. Huic etenim commiſſam Dominici Gregis curam nouimus, ipſo dicente: Paſce oues meas. Nec duos, pluresuè Petros, Euangeliſtæ commemorant: aut duos, vel plures

Io. 21.

inſti-

inſtituit Vicarios: qui ſuum locum tenerent: tanquam duo æqualia capita; ſed vnum cõſtituit Simonem Petrum: cui dixit. Tibi dabo claues Regni Coelorum. Matth.16.
Inter ea verò, quæ ſoli Petro dedit; illa sũt; quæ Lucas dicit. Rogaui pro te Petre, vt Luc.22. non deficiat Fides tua. In quibus verbis, ſumma Petri auctoritas mirificè elucet: & per eam, intelligimus: vnicum eſſe veræ & ſolidæ petræ; Chriſti ſcilicet; Ieſu, locũ tenentem in Eccleſia, Simonem Petrum: Act. 15. Quod de ſe ipſemet Apoſtolus docuit, dicens. Viri fratres ſcitis, quoniam ab antiquis diebus, Deus elegit in vobis, per os meum audire gentes verba Euangelij, & credere. Ideoq. eius ſententiæ omnia ſubſunt, parent, & obediũt. Petrus igitur Beatiſſime PATER, & Succeſſores eius Romani Pontifices, Primatum ſemper in hac militanti Eccleſia tenuerunt, quem hodie eiuſdem Dei, & Domini Noſtri Ieſu Chriſti gratia, Veſtra Sanctitas fœliciſſimè tenet; & quam primum fuit electa,

ſupremã à Deo poteſtatem, ſine medio, fuit aſſequutá: iudiciumq. propterea à Veſtra Sanctitate emanãs, infallibilis eſt veritatis. Quare Beatiſsime Pater, ad Sanctitatem Veſtram recurrere viſum fuit, tanquam ad columnam ferream, murumq. æreũ, Turremq. Dauid mille propugnaculis ornatam, pro defenſione Sancti Põtificis, & Confeſſoris, Georgij Epiſcopi Suellenſis, Sardi, Patria Calaritani: quem Eccleſiæ antiquiſsimæ, ſub eius Inuocatione, Altaria, Oratoria, Imagines, Reliquiæ, Tituli, traditiones, miraculaq. & proprium officiũ illi antiquitus celebrari ſolitum, Sanctũ proclamant. Hunc enim à Sanctorum numero Ioannes quidam exterminare conatus eſt, & ſuper eius res benè geſtas, ortum, Vitam, ac miracula, ſuperſeminauit zizania, & abijt; Bombitoris inſtar, qui ignem mittit, & nè percuſſus pereat, fugit: Coram Sanctitate veſtra comparere non eſt auſus, vt pro ſe de ijs rationem redderet, & interrogatus

reſpon-

reſponderet; ſed in Hiſpaniam ſe tranſtulit. Ego autem qui ſolum Chriſtum præmium mihi ex animo promitto: Pedibus Veſtræ Sãctitatis obuolutus, ſupplex oro, quòd tanti luminis facem in Sancta Catholica, & Orthodoxa Eccleſia lucẽtem, non permittat extingui: ſed ſicut decet Sanctum, in veneratione haberi, & à fideli populo, vti ſolitũ eſt coli, ac venerari. Cuius Sanctitatis Apodixim, Beatitudini Veſtræ offerre, dicare, & conſecrare decreui: Vt ſub vmbra illius, qui Principatum Maximum tenet In Eccleſia Sancta Dei: à contradictione linguarum cuſtodiatur. Quam Omnipotens Deus incolumem, ac fœliciter, Annis multis, regnare, pro bono ſtatu Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ concedat. Romæ.

Sanctitatis Veſtræ.

Beatiſſimos pedes ſupplex oſculatur,

F. Dimas Serpi, Ord. Min. de Obſer.

IN LAVDEM S. GEORGII SVELLENSIS EPISCOPI.

Oden.

Accinit Fr. Ioan. Laodicen. Ordin. Min. de Obſer.

DOnec aurata rutilans quadriga
Phœbus, annales reuehet dierum
Circulos, toto tua viuet orbe
Fama Georgi.
Donec aſtrorum Dea erit Diana,
Donec in ponti gremium recurrent
Flumina, æternum, tua viuet orbe
Fama Georgi.
Inuidi liuor licet obſtrepentis
Oblatret, vultuq. ferox triſulco
Cerberus, toto tua viuet orbe
Fama Georgi.
Te tremunt vmbræ ſtygiæ paludis;
Te draco dirus cadit innuente
Qui cauo tantas hominum vorabat
Ore cateruas.
Obuius ſummo penetrans Olympum
Mons ſitu, veſtro medius rogatu
Scinditur., greſſum tibi poſtulanti
Ad ſacra pandens.
Aridus priſcum redit ad virorem
Baculus floretq., notans tuarum
Signa virtutum, quibus orbe toto
Enituiſti.
Te canat fœlix Calaris, triumphet
Te duce, æternos tibi dans honores:
Viuis, & toto tua viuit orbe
Fama Georgi.

IDEM

IDEM. IN LAVDEM ADMODVM R. P. F. DIMAE SERPI.

EPIGRAMMA.

ARdua præſtanti quæ texis ſcripta libello,
Ne tua diſpereat gloria rite cauent;
Ardua depromis, ſed enim præclara; labori
Quæ tandem referant præmia digna tuo.
Grandis enim labor eſt, luci ſuperaddere lucem,
Georgij laudes, id memorando facis;
Cum ſit præclarum laudes cenſere Georgij:
Quo lucido Calaris ſidere fulta viget.
Scilicet, vt nullo tua ſit delebilis æuo
Gloria, ſerpentis (Serpi) imitare modum:
Exuit hic pellem, nouus vt noua tempora ducat,
Vt vitam poſitis proroget exuuijs.
Ardua ſic promis, grandi confecta labore,
Nomen vt æternent, non peritura, tuum.

AD LECTOREM.

PRAESENS opus argumento non indiget Chriſtianiſſime Lector: cum ex Epiſtola ad ſuam Sanctitatem, facile percipere poteris, quodnam ſit; quævè cauſa, cur demõſtrationem appellauerimus illud. Nihilominus, cum Auguſtino, Ad Vincentium Victorem dicimus, Quod negare non poſſumus, nec debemus, ſicut in ipſis maioribus, ita aliqua eſſe in his operibus noſtris, quæ doctiores poſſent aliqua ratione culpare. Quare oro pijſſimè Lector, quod beneuolo, ac pio animo perlegas, quæ ad Sancti huius Sanctitatem demonſtrandam conſcripſimus. Et ſi aliqua, quæ maioris probationis eiuſdem Sãctitatis ſunt, adinueneris; ea pro Dei gloria, propalare digneris. Nam quantum potuimus pro eo fecimus. Qui cum ſim vermiculus, trabea carnis indutus, etſi poſſunt alia maioris probationis adinueniri, campum tamen ampliſsimum cæteris reliqui, qui de Sanctis noſtris plura deſcribere voluerint: quos monitores noſtros, ac benefactores habebimus.

MEMORIALE AD SANCTISS. D.N. PAVLVM. V. PONT. MAX: TRANSMISSVM:

Et nunc denuo præſentatum Archiepiſcopo Calaritano.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. Archiepiſcope Calaritane.

Reuerendiſſimus Dominus Alphonſus Laſſo Sedenyo, Epiſcopus Maioricenſis, quondam Archiepiſcopus huius ſanctæ Eccleſiæ Calaritanæ: tribus circiter annis antequam in Maioricam transferretur, adductus à quibuſdam Chriſtiano zelo impulſis, vt credere dignum eſt, emit ſeptingentis libris monetæ huius Regni profanam domum, in qua ſecularis vir cum vxore, liberis, & reliqua familia habitabat, in vna ex Vrbis huius Appēdicibus, quæ dicitur Eſtampaig. In hac ergo Domo Eccleſiam erexit vnà cum Turri, Campana, Altari, & reliquis quæ requirebantur, in honorem Sancti cuiuſdam Epiſcopi Sardi, Epiſcopatus de Suelli, qui appellatur Georgius.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inuentus eſt iuſtus.



Sancte Georgi Epiſcope Suellenſis; Ora pro nobis.

SAncti Pōtificis Georgij Calaritani, Suellenſis Epiſcopi Apodixim (hoc eſt, demō-ſtrationem) eius ſanctitatis, quaſi quoddam perlucidū ſpeculum ante fideliū, piorumq. hominum conſpectum, operepretiū propo-

proponere duximus; vt cum eius geſta narramus, ad imitationem; vt ait Gregorius: Corda prouocentur infirmorum. Quia Dum Sanctorum vitam, glorioſumq. exitum commemoramus, contra vitiorum prœlia præparamur, cum ante nos poſitos tot virorum fortium triumphos videmus. Hoc enim inſinuauit Apoſtolus cum dixit: Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per conſolationem ſcripturarũ, ſpem habeamus. Quod non ſolum ex Scripturis ſacris intellexit Apoſtolus, ſed etiã de quampluribus, quæ à patribus noſtris fidelibus adnotata fuerũt in Annalibus, titulis, libris, monumentisq. in Archiuijs regnorum exiſtẽtibus, Dicente Propheta: Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & Principum horum qui fuerunt in ea. Eſtq. quaſi diceret: Quoniam ab Abel iuſto vſque ad finẽ ſæculi, futuri ſunt tot Martyres, Põtifices, Cõfeſſores, Virgines, totq. fideles in pace quieſcentes, quorum memoria in Scripturis ſacris non habebitur: Deus cui cura eſt, quod non pereat capillus de capite iuſtorum: faciet, quod in Prouincijs ſint ſcripturæ, tituli traditiones, Annales, & monumenta quæ narrent virtutes, ſanctitatem, glorioſumq. exitum, & quietum finẽ principum horum qui fuerunt in eis. Quorum amore incenſus; in Chroni-

Lib. 1. Moral. cap. 1.

Rom. 15.

Pſal. 86.

Matth. 10.
Luc. 12.

cis Sanctorum Sardinię, Patriæ chariſſimæ, à me cōpoſitis, & prælo datis: eos omnes, quantū veritas hiſtoriarū poſtulabat, ante omniū oculos poſui. Cumq. permultis annis inoffenſo pede decurrerint per vniuerſum prorſus Chriſtiani nominis orbem, nunc quidam vir apud ſanctitatem ſanctiſſimi Domini noſtri Pauli V. Pont. Max. hunc à Sanctorū numero deturbare conatus eſt, per memoriale hic inſerēdum; & libros prædictos à me editos, poſtulans debere prohiberi, meq. retardari oportere. Quia tamen in iudicium res deuenit, ibiq. iuxta rei veritatē fœliciter ceſſerit; cum diſperſum ſit memoriale prædictum, non ſolum per totum Sardiniæ regnū, per hancq. almam Vrbem, verumetiam in Regis Catholici Curia omnibus magni nominis notum ſit; ſi accuſatus taceam; ait S. S. Hieron. cont. Ruf. Hieronymus: Crimen agnoſcere videbor, propterea iuxta veritatem rei, diluenda omnia propoſita duxi, & huius Sancti ſanctitatē demonſtrare. Dei, & Sancti iſtius auxilio cōcomitante. Hanc igitur accuſationem, quæ leuiſſimis rationibus innititur, ſatius fuiſſet ſilentio ſuppreſiſſe, ſapientiſſimorum, ac pijſſimorum hominum conſenſu: quàm in omnium oculis diuulgaſſe; ſed quia actor à Sanctitate Veſtra ſummo Orbis Iudice, iudiciū expetijt; & hoc (l. ſi quando, in verbo, patefacta.

facta.C.vnde vi,vbi gloſ.& Bald.nu.2.Ang. in l.certũ,nu.2.ff.de confeſſ.Alex. in conſt. 19.lib.7.nu.1.Clar.in ſua praxi crim.q.4.in princ.Farinac.de delic. & pœn. nu.1. & de iniq.q.2.nu.1.&c.) contra aliquem ferri nõ poteſt, ſiue accuſando, ſiue inquirendo criminaliter dirigatur,niſi in primis conſtet, & quidẽ plenè,de corpore delicti: Propterea dubia,rationes, & dicta ipſius in mediũ producemus, quibus contra S. Georgium inuehitur: vt per ſolutiones conſtet, eius probationes,nec ſigillatim,neque coniũctim ſumptas aliquid concludere;quæ omnes,vel falſæ adductæ,vel minus veræ citatæ, vel truncatæ,vel impoſitæ auctoribus, vel malè perceptæ fuerunt. Quod nõ aliter feciſſe virum iſtum opinandum eſt, quàm quod exiſtimauerit Sanctum iſtum præſenti vita functum, non reſpondere poſſe obiectis: ſed cõtra ſanè euenit, nam æterna, ac fœlici vita viuens, & qui in multitudine electorum habet laudem,& cuius nomen maximum in gloria electorum Dei eſt, potens fuit expugnare hoſtes inſurgentes,ne inter homines homo hic ei adimeret hæreditatem, qua fruitur Iſrael.Excitauit enim Dominus; qui quaſi pupillam oculi cuſtodit Sanctos ſuos;Spiritum Samuelis alterius; meum etenim, ad vitam, & res benè geſtas Sancti iſtus elucidandas;

Gloſ.ibi.
Bald.ibi.
Ang.ibi.
ff. ibi.
Alex.ibi.
Clar.ibi.
Eccli. 24.
Eccli. 46.
Zach. 2.
Dan. 13.

vt

vt quę Canonicus,nō Patria,Calaritanus ob fuſcare ſcriptis,Sardus vt ait: prætexuit; hęc conclamantibus buccis, ego à Progenitoribus Sardus Calaritanus, ad cœlos vſque extollere videar:tum quod rei veritas hoc poſtulet,& res Sā*c*ti ſit; tum quod amor patriæ adeò ſit naturalis in omnibus,vt hiſtorici omnes referant, quod pro Patria mori, glorioſum equidem ſepulcrum eſſe multi putauerint:ſicut de Marco Atillo Conſule Romano refert Valerius Maximus,& D. Aug.idem habet,& dicant,quod cū captus eſſet in bello Cartaginenſi, & in ſua ipſius fide conductus,miſerint eum Legatum Romam,vt peteret quaſdam leges,& cōditiones, quibus obtentis atque firmatis,in ſuam eſſet aſſertus libertatem;qui videns pacta nō eſſe talia, quæ ſuæ Patriæ,ac Reipublicæ conuenirent, maluit in ſua captiuitate permanere, ibique finem vinculis, & laboribus imponere vitæ, quàm Patriæ detrimenta permittere. Nōne Mutius Sceuola manū impoſuit igni, ob Patriæ honorem?Camillus ait B.Aug.tam charam habuit Patriam;licèt ſibi ingratam:quod etſi ipſum relegaſſet in, exilium,pro·premio debito; nihilominus,amore eius,iniuriam illatam ſuperans, iterum ipſam Patriam liberauit.Eſtadæus denique percontatus, quare bonum maximum dicebat non ducere vxorem?

Val.Max. lib. 9.
S.Aug. lib. 1. de Ciuit. c. 15.
De geſt Roman.
S. Aug. lib. 5. de Ciui.
Eſtadæus.

rem? reſpondit: Quia inde euenit, pro Patria mori non dubitare. Quid? Quæ Ethnici illi, ac Infideles, quorum labores ſine mercede erant; propter phana Idola, deosq. ligneos, & lapideos defendendos, Patriamque ab emulis tuendam faciebant, nos, quorum vigiliæ, labores, & lucubrationes non peribunt, propter Sanctum noſtrum, cuius triumphis gloriamur, cuius natalitijs lætamur, cuius interceſſionibus adiuuamur, cuius patrocinijs ſubleuamur, & in quo glorioſus eſt ipſe Deus, ſi non maiora, ſaltim paria in eius, ac Patriæ nobiliſſimæ, ac fideliſſimæ honorem totis viribus operari dedignabimur? Quare ne nobis erroris tribuatur, vel falſitatis calumnia, ſanctorum Theologorum doctrinam omnino propoſitis ab aduerſario contrariam in præſentiarum producam, fideliter ex ipſo originali deſumptam. Et vt habeat caput reſponſum noſtrum, ad ſupracitata reſpondemus, Dominum Archiepiſcopum Alphonſum Laſſo piè, erudite, ac ſecundũ Canonum ſacrorum diſpoſitionem, Eccleſiam prædictã in ſuburbio Calaritano ſancto Epiſcopo Georgio reedificare curaſſe. Nam & hoc in hac Alma Vrbe, cæteriſq. orbis partibus Sũmi Pontifices pijq. homines, indiès faciunt: nã Eccleſias dirutas, & in vſus ſæculares conuerſas, reedificant (etiam ex Domo Eccli.31.

ſeculari, merè ſeculari) præſertim Sācto cui aliæ permultæ ſub eius titulo conſtructæ ab immemorabili hominū memoria extant per totā Diœceſim Suellenſem,vt in ſolut.ad §.4. vbi hoc negat omnino vir iſte,videre licebit.

Hoſt. lib.3. de immun. Eccleſ.

Quæ vt clarius habeantur,notādum eſt ex Hoſtien.de immun.Eccl.lib.3.quod quilibet maſculus, vel fœmina poteſt ſibi conſtruere Oratorium de conſenſu Epiſcopi.De cōſecr. diſt.1.Vnicuique clericos,& cap. Si quis etiā. 18.q.2.Religioſum. Sunt etiā conſtructæ Eccleſiæ per loca congrua,de quibus videbitur Epiſcopo. De cōſec.d.1. Eccleſias.Notandū eſt,aliud eſſe de nouo facere,ſcilicet addēdo, vel diminuēdo primam faciem immutare. ff. de no.oper.nunt.l.1.§.opus nouum. Aliud verò eſt reficere, ideſt ad priſtinam formam reducere. ff.de itin.actuq.pri. l.1.§.reficere. §.de no.ope.nunt.l.1.§.Si quis edificiū. Vnde ſi domum, vel Eccleſiam vſque ad fundamenta diruas ea mente, vt eiſdem lapidibus, & cementis reficias, non eſt eadem Domus, licet in naui ſecus ſit. ff. de verb. oblig. inter ſtipulantem. §. Sacramenta,& §.nauis, de iudic. proponebatur; & ideo in reedificando Eccleſiam dirutā, ſicut dixi, requiritur auctoritas Epiſcopi. 16.q. fin. Si quis vult, & art.in auth.de Eccl.tit.§.Si quis autem voluerit fabricare. Secus ſi ratificare velit. 1.de Iudæis.

De cōſecr. diſt.1.

ff. de nou. oper.l.1. §. opus no. ff.de itin.

ff. de verb. oblig. §.Sacram. §.nauis.

16. q.final. de Eccl.tit. §.Si quis.

con-

conſuluit. C. de oper. publ. l. fin. alias dicit. l. quod qui prohibet reficere, prohibet reedificare. ff. de mor. inferendis. l. 1. §. edificare.

Dubium Primum.

VT Auctor eſt Fr. Dimas Serpi in ſuis Chronicis abſq. eo quod exprimat à quonam fuerit petitũ.

Ad Primum Dubium.

QVicumque (ait S. Aug. in prologo retractationum) Opuſcula mea ordine quo ſcripta ſunt legerit, inueniet quidem quomodo profecerim multis. Idem nunc homini iſti reſpõdeo, & eo amplius, quia minus verè Fratrem Dimam Serpi in prædictis citauit; qui in ſuis Chronicis nec verbum fecit de hac Eccleſia in ſuburbio reedificata, neque de ſeptingentis libris monetæ Sardiniæ Regni, neque de Turri cũ Campana, neque de Altari ibi erecto in honorẽ ſancti Epi huius. Vult ergo Doctor iſte multiplicatione verborum, occultare veritatẽ. Non ergo Auctor huius tẽpli Fr. Dimas Serpi eſt. Nihilominus dicimus, Templum hoc non nouũ, ſed vetus, iniuria temporum dirutum, reedificatum, & reſtitutum fuiſſe in priſtinũ ſtatum: vt in Proceſſu ad ſacram rituum Congregationẽ trãſmiſſo, & ad Dub. 49. & ad §. 1. & 4. aperte apparet & ſufficit ad hoc conſcribẽdum, quod ſcriptum hoc repertum ſit inter acta publica

S. Auguſt. in prol. retra.

ad Dub. 49 & §. 1. & 4.

Archiuij S.Metropol.Eccl. (vt infra ad §.5.
Ad §.5.Bal. Iaſ. dicemus)quod fidẽ indubiã facit,vt poſt Bal.
Grau. de Antiq. tẽp. 1.p. Iaſ.& alios,firmat Crauet.de Antiq.temp. p.
1.in verb.Quarto limitatur,n.20. & talis ſcri
ptura de cõceptione,ortu,vita,morte , & mi-
raculis S.Epiſc.Georg. quia ibi recondita eſt
in publico Archiuio,plene probat,l.conſ. ff.
de prob. Crauet.d.loco.n.1.cũ alijs idẽ ſen-
Marſil. tientibus.Marſil.ſing.436. quia loquimur de
antiquis, quæ aliter nobis conſtare non poſ-
Maſcar. ſunt.vt Maſcard.de probat.concl.1255.Scri
ptura, num.1. Ex hoc ergo ſecundo,nihil ad
propoſitum ſibi vir iſte accepit.

Dubium II.

TVm quod narrat de ipſius conceptione, quæ reuelata fuit religioſæ cuidã fœminæ ſimul cum prædicto nomine, quod ei in Baptiſmo fuerat imponendum, necnon eiuſdem ſanctificatio in vtero matris, quæ anus quædam erat ſterilis,& mãcipium, atque vxor cuiuſdam Mancipij eiuſdem fœminæ religioſæ. Hæc ergo fœmina puerum Georgium cum adoleſceret libertate donauit,atque in ſtudijs collocauit, in quibus adeo profeciſſe aſſeuerat Frater Serpi, vt tum ob id, tum ob præſtantiſſimas ipſius virtutes,nominatus fuerit Epiſcopus Suellenſis, à Papa qui tunc temporis præerat Eccleſiæ Romanæ. Vnde Apoſtolica diplomata tranſmiſſa fuere ad Epiſcopatum obtinendum.

Solu-

Solutio ad Dubium II.

SI propter me orta eſt tempeſtas iſta (vt me omnium auctorem,& inuentorē proclamet) deijciat me in Mare vt ſanctum innoxium relinquat.Sed falſam calumniā vera ſolutione diſſoluam. Eſt in primis hiſtoria ſancti huius antiquiſſima, quæ omnia illa habet; quæ cum reperiatur inter acta publica Metropolitanæ Eccleſiæ Calaritanæ, tantæ eſt veritatis, quantæ in ſolutione ſuperioris Dubij ex ſentētia tantorum Iuriſperitorum probauimus. & Farinac.de Indic. & Tort.q.47. nu.91. plene probare talem ſcripturam affirmat.Natt.conſ.235.nu.2.& Menoch.de Arbitr.Iud.lib.2.caſ.42.nu.4. cum pluribus deductis per Farinac.d.q.47.nu.106.qui talem ſcripturam inter acta publica inuentam,affirmant pleniſſimè probare, & ſufficientiſſimè. Dicimus itaque omnia ab iſto viro propoſita, in hiſtoria haberi antiquiſſima Sancti huius, eſſeq. propterea admittenda tanquam vera. Et ſicut cęterorum Sāctorum hiſtorijs datur plena,& pia fides,ita huic hiſtorię dari debere affirmamus, quam hiſtoriam ipſe homo pro vera admittit infra Dub. 22. & nunc ipſam ignorare omnino fingit.

Ionæ 1.

Hiſtor.S. Geor.

Farinac. de Ind. & tor. q.47.nu.91. Natt. conſ. 235. Menoc. de Arb. iud. l. v.c.42. n.4.

Dub. 22.

Sed quid dicet homo(prodigiorum,ac priuilegiorū quæ Deus in Sanctis noſtris operatus

tus eſt,incredulus)ſi hic,Animas Beatorũ bel lum fortiſſimum in Sardinia contra inimicos indixiſſe,indeq. eos fugaſſe deſcripſiſſem?certè non mihi crederet,ſicut & in cæteris: Verum vt omnes non lateat,quàm charã habuerint Sardiniã Patriæ cœleſtis Beati, ſunt duo auctores, Seraphinus Raxi, in horto exemplorum fol.422.& Ioannes Fœlix Aſtolphus, lib.de mirabilibus mundi,& alij, quos ipſi citant,qui ſic loquuntur. Euſebius Dux Sardiniæ dicauerat fructus omnes, ac prouentus Ciuitatis cuiuſdam Sardiniæ,in obſequium,& oblationem pro animabus Purgatorij facienda. Cumq. veniſſet Aſtorgius Dux potentiſſimus Siciliæ,& deprædaſſet,ac in ſui poteſtatem Ciuitatem illam redegiſſet, venit Euſebius ad pugnandum cum eo. Et quodam mane apparuerunt quadraginta millia Peditum, ac equorum milites infinitæ multitudinis, veſtiti omnes veſtimentis albis, qui præcedebant exercitum Ducis Euſebij. Quare Euſebius admiratus, miſit ſtatim nuncios, vt de exercitu illo perquirerent: qui accedentes ad eorum Ducem: qui cæteris magis ſtrenuus, & valentior, ac ferocior apparebat, percontati ſunt quinam eſſent, & ad quid eò aduenſſent.Reſpondit autem Dux dicens eis: Nos ſumus exercitus Dei viuentis, qui orationibus, ac eleemoſynis Euſebij Ducis

Seraph. Raxi in Horto exemp. fol. 422. Io. Aſtol. li. de mirab. mundi.

Sardi,

Sardi, à Purgatorio liberati ſumus, & venimus contra Aſtorgium Ducem Siciliæ, qui Ciuitatem noſtram ſuſtulit de manu Benefactoris noſtri. Et ijs dictis, apropinquantes ad Aſtorgium, qui etiam admiratus, de tam ingenti exercitu, ac ſtrenuiſſimis militibus in veſte alba apparentibus; miſit nuncios ad Ducem, qui apparebat, vt interrogarent eum quinam milites illi eſſent, & vnde venerint; quibus Dux exercitus reſpondit. Sumus exercitus Dei viuentis, qui venimus contra inimicum noſtrum, & benefactoris noſtri Euſebij Sardi: quoniam Aſtorgius Ciuitatem noſtram occupauit, & beneficia, quæ quotidie in purgatorio recipiebant animæ fidelium, ceſſare fecit. Quo audito Aſtorgius reperta rei veritate, Ciuitatem dimiſit, & deuotiſſimus animarum in Purgatorio exiſtentiũ fuit effectus, & in duplum damna illata refecit, & abijt. Hæc illi. Et forſan mens dubitaret, ſi tantorum hiſtoriographorum teſtimonijs non comprobaretur. His ſimilia ſunt, quæ Deus operatus eſt in ſancto Epiſcopo Georgio, quæ dubitationibus implicat Ioannes iſte, quaſi non poſſit Deus cum voluerit, & cum quo illi placuerit maiora facere, niſi ipſi Ioãni prius ſint reuelata. Venerabilis enim Beda ſimilia quęrentibus, ſuper illud Marc. 11. Habetæ fidem Dei, ait: Non omnia quæ in Eccleſia

Beati, ſunt exercitus Dei.

Beda ſup. c. 11. Marc lib. 3. con

cleſia facta ſunt, ſcripta inueniuntur: ſicut neque de factis ipſius Chriſti. Huic dubio diffuſe ſatisfaciemus. Dub. 58. vſque 65. vbi moleſtiſſimus redditur homo iſte contra dignitatem Epiſcopalem ſancti Georgij, omnino ea illum priuari conteſtans.

Dub. 58. 65.

Dubium III.

IN quo affirmat eum maxima miracula edidiſſe, vt quod Montes diuiſerit, Arbores de repente exoriri fecerit, fonteſq. ſcaturire.

Solutio ad III.

S. Aug. ad Nebr. ep. 218.

SAnctus Auguſtinus ad Nebredium Epiſt. 218. ſic ait. Vſitata tibi ſcribere non libet, Noua non licet: alterum enim video tibi non conuenire; alterum vero non mihi vacare. Vellet (vt video) Doctor iſte, quod hic deſcriberem fontes Oratione ſancti Epiſcopi Georgij exortos; Primum, ex quo eſtuantibus cunctis, oratione, ad inſtar Moiſi ſerui Dei rupit petram, ſcaturireq. fecit dulciſſimam inde aquam. Secundum in loco qui dicitur Montidolla: Tertium in Valle Oppidi ſancti Pantaleonis; qui omnes vſq. hodie manant, dicunturq. fontes ſancti Georgij. Sed nolo illos omnes recenſere, quia nimis rudis ingenij eſt, conculta ab omnibus, ignoraſſe. Et ad hoc ſufficiat ipſarum fontium vſque in hodiernum diem exiſten-

Fontes S. Georgij.

tia

tia, & occulatum teſtimonium. Sed quid de arboribus de repente exortis dubitat? Dicerem equidem, ſi non moleſtia legentes afficerem, conſtare oculis omnium, ab immemorabili tempore, & apparere, Sanctum hunc diſſidentibus populis ſub diuiſione terminorũ, baculum quo ſuſtentabatur bis plantaſſe, dixiſſeq. eis. Hic baculus erit vobis in ſignum: qui ſtatim creuit in arborem, & vſque hodie extant duo, & in Proceſſu per Notarium Apoſtolicum confecto fol. 36. conſtat hoc idem diſſidium ſuper terminis oppidanorum Villarum de Suelli, & Siſini ortum iterum fuiſſe, Anno Domini M. D. LXVII. inter eoſdem Incolas: Pro quorum conuentione, deputati fuerunt Iudices, Illuſtriſs. Comes de Sedulo, Dominus Hieronymus Torroſan, & Illuſtr. D. Tiberius Sanna, vna cum Vicario Generali Calaritano, D. Nicolao Canellas, qui Epiſcopus fuit Boſanen. & Auguſtino Sabater Notario Apoſtolico. Et Franciſco Martis Beneficiato Promotore Fiſcali Menſæ Archiepiſcopalis, qui ad locũ properantes Aduocatis Senioribus Populorum vtriuſque, datoq. illis iuramento, petierunt, vt eis oſtenderent fines præſcriptionis antiquæ terminorũ, Et omnes vnanimiter duxerunt eos ad locum vbi eſt Arbor ſimilis Cæraſo, quæ nunquam fruſſium fecit, & dixerunt. Hæc eſt pręfixio

Arbores S. Georgij.

In proceſſu fol. 36.

Arbor S. Georgij.

B termi-

terminorum,vtriuſque oppidorum, Suelli, & Siſini. Et percontati, à quo, quando, & quomodo facta fuerit præfixio illa,reſponderunt. Hæc quæſtio nunc inter nos exorta, iam tèmpore ſancti Georgij Epiſcopi Suellen. quingentis retro annis diſcuſſa multis cædibus fuit inter nos: ſed vt Patres noſtri narrauerunt nobis, & ipſi à Patribus ſuis, & patres eorum à progenitoribus acceperũt. Venit ſanctus Epiſcopus Georgius, & fixo baculo quo ſuſtentabatur in terra,dixit eis: Pax vobis filij, ecce pręfixio terminorum veſtrorum, oro ne ſit iurgium inter vos; & ſtatim baculus ille creuit in Arborem, quam nunc videtis. Quibus auditis prædicti Domini dixerunt eis: Eſtote igitur contenti cariſſimi, hac præfixione facta a ſancto Georgio, quam nos mutare non audebimus; cum arbor ipſa poſita in ſignum ab ipſo Sancto adhuc extet, ſicq. pacificè conſentientes omnes, habitaq. reuerentia tanto Sancto,ac Præſuli mirifico,diſceſſerunt.

Traditio vera.

Huic ſimile miraculũ S. Gregorius Thaumaturgus fecit, ait enim hiſtoria. Lycum fluuium perniciosè agros inundantem defixo ad ripam, quo ſuſtentabatur baculo, qui ſtatim virẽtem creuit in arborem,coercuit. Non ergo inuſitatum,& impoſſibile fuit hoc in ſancto noſtro Epiſcopo Georgio. Quis credet Canonicum, & Doctorem ſanctæ Eccleſiæ Calaritanæ hęc igno-

Hiſt. S.Gregorij Thaumaturgi.

ignoraſſe? Sed & in montibus aſcendit vir iſte, vt quæſtionibus, ac dubijs in Sanctum, implicetur. Nullus eſt Sardus a progenitoribus in Dioceſibus Calaritan. Suellen. Sulcitanen. Dolien. & Galtellinen. quem lateat Sanctum Epiſcopum Georgium oratione diuiſiſſe montem altiſſimum in duas partes, vt pateret inceſſus a ſua Cathedrali Suellen. ad Barbariam de Seuli; & ab omnibus appellatur Scala de ſanctu Giorgi Piſcopu de Suelli. Simile huic miraculum idem S. Gregorius fecit, qui montem Eccleſiæ ædificationẽ impedientẽ, oratione aliò tranſtulit. Sic etiam ſanctus Epiſcopus Georgius montẽ, vbi multorum cædes fiebant, oratione diuiſit. Nunquid, qui Sampſoni ſitienti fontẽ aquæ ex molari dente Maxillę Aſini ſcaturire fecit, ſancto ſuo Georgio è ſaxo aliam ſimilem dediſſe impoſſibile erit? Hæc omnia in proceſſu. fol. 35. & 36. Quid? quod omnes vident, negare poterit vir iſte? In ſaltu, qui dicitur Gilimu eſt fons, in quo apparet ſignum ferri pedis equi in quo Sanctus iſte ſedebat, cum aquam dulciſſimam ſcaturire fecit, diciturq. fons ſancti Georgij. In ſaltu de Siſini, qui dicitur Supranu de Saruxi, eſt Arbor ex baculo Sãcti exorta, in præfixionem terminorum, quæ habet folia ſicut cæraſi, vt in proceſſu fol. 7. Quid ergo irridet ſanctum vir iſte, quod montes diuiſe-

Mons S. Georgij.

Hiſt. S. Gregor. Thaumatur.

Iudic. 15.

In proceſſu fol. 35. 36.

Alius fons S. Georgij.

Alia Arbor S. Georgij.

rit, arbores de repēte exoriri ſecerit, fonteſq. ſcaturire? Hæc fecit Sanctus iſte, vt illius conteſtatur hiſtoria, traditio habet, apertum teſtimonium proclamat, & proceſſus denuo confectus ab Archiepiſcopo Calaritano confirmat.

Dubium IV.

ET quod Dæmones hominem corriperent, cui ille maledixerat, eò quod fugientem ſeruum petierat fuſtibus: & alia complura huiuſmodi, quæ videre eſt in hiſtoria, quam in ſuis Chronicis refert Frater Dimas Serpi.

Solutio ad IV.

FRater Dimas Serpi reſpōdet, nihil tale haberi in ſuis Chronicis, de maledictione iſta inflicta à ſancto, homini illi. Vt in ipſis
Lib.2.c.35. Chronicis eſt videre. Verum ex ijs ſuiſmet verbis conuictus habebitur de ſupina ignorantia, quam de hiſtoria huius Sancti habere dicat, Doctor iſte, & me auctorē accuſet, cum quæ in ipſa continentur, referat, mihiq. imponat. In ipſa igitur hiſtoria, ſic auctor, Paulus
Hiſtoria S. Georgij. nomine, loquitur. Cum homo potens iraſceretur cuidam ſeruo ſuo, & eum vellet flagellare, fugit ſeruus ad Sanctum Georgiū. quem ſequutus Dominus rapuit eum de conſpectu

Sancti Epiſcopi, & flagellauit; Tunc vir Do-
mini Georgius contriſtatus, maledixit eum;
ille autem correptus à Demonio, cum male
vexaretur, reductus eſt ad ſanctum Epiſco-
pum, qui Dominum orauit, & imperans, De-
monium eiecit ab eo. Hæc in hiſtoria, quã hic
negat vidiſſe, & in dub. 22. cõfitetur. Attẽdat Dub. 22.
ergo quomodo maledictio iſta in laudẽ San-
cti cedat. Doctores in 4. communiter tenẽt, Doct. in 4. d. 22.
quod non ſint determinata verba, neque in
Iure, neque in ſententia hominis, formæ ex-
communicationis. Et ſatis eſt verbum expri-
mens excommunicationem: ſcilicet, ſit Ana-
thema, excommunico te, ſeparetur à com-
munione fidelium, vel aliquid ſimile; vt ait
etiam Hoſtien. in ſumma de ſent. excom. Ex Hoſtien. in ſum. de ſenten. excom.
quo patet, ſanctum Epiſcopum Georgiũ ex-
communicaſſe hominem, cum hiſtoria ait, ma
ledixit eum. Sed dicet. Nunquid quia excom Obiect.
municauit, propterea in eum Diabolus intra-
uit? Reſpondeo ſic; & ita intelligẽdus eſt Apo Solut.
ſtolus cum ait. Ego quidem abſens corpore, Tol. in ſum. lib. 1. c. 9.
præſens autem ſpiritu, iam iudicaui huiuſmo- Canoniſtæ lib. 5. decretal. tit. de excom.
di hominem, qui ſic operatus eſt, tradere eũ
Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus
ſit in die Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Quẽ lo- Apoſt. 1. ad Cor. cap. 5.
cum ita explicat Interlinealis Gloſa. In No- Gloſ. interl.
mine Domini; ideſt, vice eius; tradite illum,
vt corporaliter vexet eum Diabolus, & ſic il-

Nicol. de Lyr. Beda. le reſipiſcat, & ſpiritus ſaluus ſit. Gloſa Nicolai, ſic ait. Sicut enim Apoſtoli poteſtatē à Domino habebant eiciendi Demones à corporibus obſeſſis, ita habebant poteſtatem tradendi eos Demonibus affligendos, pro enormibus peccatis: ſic enim in primitiua Eccleſia affligebantur excommunicati. Quare cum maledixit, intellige, excōmunicauit; propter occultā nobis cauſam; Anathematizauit, ſeu Satanæ tradidit corporaliter puniendum; vt ſpiritus ſaluus eſſet, ſicut & contigit. Nam prędictus Petrus de Syneſa poſtea ab eodem Sancto ſanus factus, & à Demonio liberatus, reſcipuit, eiuſq; ſpiritus ſaluus factus pœnitētia, multa bona in reliquo vitæ operatus eſt, quibus laudabiliter florens, quieuit in pace.

Effectus excommunicationis.

Obiectio. Sed forſan dicet amicus Ioannes, enimuero nimis rigidus fuit Sanctus, parumq; miſericors cum homine iſto? non ergo prædicādus adTitū.c.1. eſt, vt Paulus ait, manſuetus, benignus, nō percuſſor, & non iracundus: quare ob illatam ſibi iniuriam, & irreuerentiam, non debebat Solut. hominem illum maledicere. Reſpondeo primum, non eſſe culpa damnandum eum, qui ritè, ac iuſtè ſuam ordinariam exercens poteſtatem, malum pœnæ delinquēti infligit: probatúrq; ſacræ Scripturæ teſtimonio. Quid Act. 8. enim ſanctus Petrus Apoſtolus fecit cum Simoni Mago dixit, Pecunia tua tecum ſit in

perdi-

perditionem, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri, quam excommunicaſſe,& eum Diabolo puniendum tradidiſſe? & quod magis eſt, æternaliter in diaboli donaſſe poteſtatē? Sed,& cūm Ananiæ,& Saphiræ dixit, Act.5.
Cur tentauit cor veſtrum Satanas mētiri vos Spiritui ſancto, & fraudare de precio agri? quid enim aliud fuit, quàm tradidiſſe eos Satanæ, excommunicaſſe, & quod maius eſt, æternaliter anathematizaſſe, & maledixiſſe? nunquid percuſſor Petrus Apoſtolus, non benignus, pius, ac māſuetiſsimus propterea fuit? Ex hoc quidam maligni, ac peruerſi homines Decr.2.p.c.24.q.3.
contra ordinariam Eccleſiæ Romanæ poteſtatem inſurgentes, affirmare auſi ſunt, vt decret.2.p.cauſa 24.q.3.eſt videre, Papam, Epiſcoposq. in ſuis Diœceſibus, non poſſe criminoſos,& male agentes excommunicare: facereq. dicebant contra Euangelium Matt.13. vbi Dominus præcepit zizania non eſſe eradicanda. Et contra ſanctum Auguſtinum dicentem, malos eſſe ferendos, non abijciendos. Quibus Vrbanus Papa, huius nominis, Papa Vrbanus V.
Quintus, reſpondet, illos redarguens,& conuincens eiuſdem Domini Ieſu, & Auguſtini teſtimonio. Dominus enim noſter, ait, Ieſus Matth.13.
Chriſtus hoc cap. 13. Matthæi de zizanijs inſinuat parabolicè, excommunicationem ſuo loco, & tempore eſſe faciendam. Nam

excommunicare, eſt corripere, nõ autem eradicare. Et cap. 18. precipit, cum opus fuerit,
Matth. 18. excommunicationem facere, cum dicit. Si autem Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus. Amen dico vobis: Quæcũque
S. Aug. contra Pelag. que alligaueritis ſuper Terram, &c. Et S. Auguſtinum patet excommunicaſſe malos, Pelagium, & Cæleſtinũ; quare potuit criminoſum illum hominem, qui forſan arripiendo ſeruũ, percuſſit ipſum Epiſcopum, vel Clericum, excommunicaſſe ſanctus Epiſcopus Georgius; neque propterea dicendus impius percuſſor non benignus Sanctus iſte, cum in ſcripturis legamus de ſanctiſſimo Eliſeo Propheta Do-
4. Reg. c. 2. mini, quod cum aſcenderet per viam, Pueri parui egreſſi ſunt de Ciuitate, & illudebant ei dicentes, Aſcende Calue, Aſcende Calue, qui cum reſpexiſſet vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, & egreſſi ſunt duo Vrſi de ſaltu, & lacerauerũt ex eis, quadraginta duos pueros. Audiſtis factum, maledictionem, & miſerabilem dilacerationem? Sed, & Elias Sanctus Domini Propheta quid feciſſe narrat
4. Reg. c. 1. ſcriptura, cum ijs qui eum capere volebant? Deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos, ſi homo Dei ſum. Et hoc, ſemel, atque iterum; non ideo ſancti Domini Prophetæ iſti, percuſſores, non pij, non benigni prædicandi ſunt; Et quod maius his omni-

omnibus eſt, Audiamus Paulum ad Romanos Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? Abſit. Alioquin, quomodo Deus hunc mundum iudicabit? Ex quibus colligimus, ſanctũ Epiſcopum Georgiũ propter maledictionem illam, ſeu excommunicationem, non eſſe culpa donandum, Imò ex ea aperte colligi, fuiſſe verè ſucceſſorem Apoſtolorum, cum ad illius excommunicationem, ſeu maledictionẽ, ſit idem ſequutus effectus, qui ad Apoſtolorum maledictionem ſequebatur. Et vt S. Ambroſius ait, dignitas eſt ſeruũ eſſe Potentis, & eadẽ quę Dominus facit operari; operatus eſt enim ſanctus Georgius ſecundum poteſtatem; vt ſupra dixi, à Domino ſibi in officio, ac dignitate Apoſtolica Epiſcopali traditam, & cum maledixit, ſeu excommunicauit hominem, ſtatim Diabolus in eum intrauit, & corporaliter illum afflixit, vt ſpiritus ſaluus fieret. Ecce ergo auditores deuotiſſimi, illum qui nos capere volebat in ſermone; ipſius Domini, & ſacræ Scripturæ teſtimoniis conuictum, & quæ in opprobrium adduxit, in laudem Sancti conuerſa. Sed neque moleſtia propter hoc afficiendus eſt vir iſte, cum Theologo indigeant, ac docto viro, quæ in ſcripturis ſunt abſcondita, quæ ſi Conſiliarius eius animaduertiſſet, non in tan-

Rom. 3.

S. Amb. ſup. 1. ad Tim. c. 11.

tam Theologorum doctrinę ignorantiam deueniſſet: Sed de ijs infra ad Dub. 63. nott. 2. latius, &c.

Dubium V.

Quibus attentis, & alijs quæ ad maiorem dicti Reuerendiſſimi Epiſcopi laſſo certitudinem, & ſecuritatem dixerit. Vt quod prædicta Domus priſcis temporibus fuerat Eccleſia, prout indicabant ſigna aliqua, & veſtigia, quæ in parietibus, & pauimento Domus illius apparebant, quæ iuxta traditionem, putabatur Domus ea in qua ſanctus infans Georgius natus fuerat, à quo Vicus ille nomen accepit, ſiquidem hodierno die, ſancti Georgij Vicus appellatur.

Solutio ad V.

HAec à Viro iſto præſcripta; ab Archiepiſcopo Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Calaritanæ, in proceſſu per Notarium Apoſtolicum confecto, Teſtibus iuramento compræſſis, veriſſima eſſe, & ad ſacram Rituum congregationem tranſmiſſa conſtãt, vt ad du-
Dub.49. bium 49. eſt videre. Hæc igitur, quamuis aliæ non eſſent probationes, ſufficerent ad reedificationem templi illius, & ad ſecuritatẽ prædicti D. Archiepiſcopi, Domini Alphõſi laſſo. Cum præterea in dicta Domo appareant Cadauera mortuorum, ibi elapſis temporibus ſepulto-

pultorum, ſicut inter alios multos, teſtis ocu- nota valde
latus ego ſum: Sed decipitur vir, cum ait,
putabatur: nemo putat; ſed omnes affirmant,
iuxta traditionem Patrum noſtrorũ, hanc fuiſ
ſe Domum in qua natus eſt ſanctus Epiſcopus
Georgius, Vnde nomen Vicus ille accepit,
vſque in præſentem diem, diciturq; Vicus ſan
cti Georgij Epiſcopi Suellenſis. Sed; nunquid Sup. fol. 8. Ex hoſtien.
nouum eſt, Sanctos, ac pios Præſules dirutas
Eccleſias in ſuum priſtinum ſtatum reducere,
ac reedificare? Hoc ergo fecit D. Archiepi-
ſcopus laſſo, ſed & in ipſa Callaritana Metro- Mitra sãcti Georgij veneratur.
poli ab immemorabili hominũ memoria Mi-
tra huius Sancti inter Venerandas reliquias
veneratur: Quare, potuit, & poteſt Eccleſia
huic Sancto ædificari, cum Illuſtriſſ. Cardina
les ſacræ Congregationis Cõcilij expoſitores,
ſup. ſeſſ. 25. de Reliquijs, & veneratione San- Card. ſup. Conc. Tri. Seſſ. 25.
ctorum, ſic dicant. Si Reliquiæ ſunt antiquæ,
habendæ ſunt in illa veneratione, quæ hacte-
nus fuerunt: ſi nouæ fuerint, Epiſcopus ſer-
uet hoc decretũ, &c. Nonne à quingentis iã
annis hæc ſancti Georgij Mitra in veneratio-
ne habetur? ergo antiqua reliquia, non noua
eſt. Et confirmatur teſtimonio, Sapientiſſimi,
ac Doctiſſimi Domini Archiepiſcopi Don An
tonij Caſtilegij, qui ipſi interfuit Concilio D. Anto. Archiep. calarit.
Tridentino, & poſt reditum in ſuum Thronũ,
ſemper Mitram iſtam tanquam Sancti Reli-
quiam

quiam veneratus eſt,& Eccleſiam huius Sácti in Cathedrali Suellenſi conſtructam, altare, imaginemq, eius, officiũ, & miſſam, ſicuti ſolita erant celebrari,& coli,approbauit,& eſſe conſeruanda cenſuit. Vide Latius teſtimoniũ
ad Dub.49. & §.4.5. ad Dub.49. Si plura addiſcere quis cupiat,videat infra ad §.4.Ibi enim hanc,& plures cõſpiciet huic S. Epiſcopo dicatas Eccleſias, & de hac recens reedificata, multi ſumus,qui in ea proprijs oculis vidimus, & miſſas celebrari, & Sancti huius feſtum ſolemniter, &
ad Dub.49. publicè venerari, vt infra ad dub. 49. dicemus. Quare potuit Dominus Archiepiſcopus Iaſſo,Domum hanc in Eccleſiam reedificare: Sed cum traditionẽ haberi in Calaritano Clero,& Populo affirmet: illam pleniſſimam fidẽ
ad Dub.41. facere dicimus,infra in ſol. ad Dub. 41. Nam hæc traditio, ſeu publica vox, & fama, ortum habuere à prima illa oculata illius temporis veritate, quæ indubiam probationem faciũt.
Farinac. de Indi.& tor. q.47.n.58. Vt Farinac.de Indic.& tort.q.47.nu.58. Domus ergo iſta eſt in qua natus eſt Sãctus, iuxta traditionem veram à maioribus noſtris vſque ad nos deductam, cui nullus præter hominem iſtum contradixit hactenus.

Dubium VI.

DIctus Reuerendiſſ. Dominus Epiſcopus Iaſſo decreuit, & iuſſit vt dicta Domus deputaretur,& dicaretur

dicaretur in Templum ſancti huius Prælati Sardi, ſtatuens ſuper Altare eiuſdem effigiem, Diademate, & reliquis Sanctorum Pontificum, & Confeſſorum inſignibus adornatam.

Solutio ad VI.

IAcula quæ mittuntur, Sanctum ferire contendunt, & quem honore proſequi, illum in diſſidia mittunt. Michæas diuino afflatus ſpiritu dixerat. Calumniabũtur virum, & Domum eius. Ecce vtrumque completum. Sed cuius pietatis opus ſit, iſta calumniatum fuiſſe virum iſtum? non ignorantiæ vitio laboraſſe fateri opus eſt, cum per Dioceſim Suellẽſem, quæ Calaritanæ Metropoli vnita eſt, ſint cõplures Eccleſiæ, etiam Parochiales, in honorem, & ſub titulo S. Georgij Epiſcopi Suellenſis cõſtructæ ab immemorabili hominum memoria, vt infra ad §. 4. diffusè probabimus, pluresq. Imagines in ijs, & alijs dictæ Dioceſis Altaribus huius ſancti Epiſcopi Georgij Diademate, & reliquis ſanctorum Pontificum, & Confeſſorum inſignibus, adornatas. Quare ergo non potuit nunc eidem Sancto denuò ſimiliter imaginem talibus ornamentis indutam depingi, dicari, ac eleuari? Hæc omnia in proceſſu à primo folio, & per totum comprobantur, de quibus Archiepiſcopus ad dub. 49. latius ad ſacram Congregationem rituum teſtimonium reddit.

Mich. c. 2. ad §. 4. ad dub. 49. In proceſſu per totum.

Dubium

Dubium VII.

CElebrans natalem illius, qui eſt vigeſimus tertius menſis Aprilis officio duplici, reiecto in alium diem feſto ſancti Georgij Martyris, quod in eundem diem incidit.

Solutio ad VII.

Breu.Rom. IN ſancta Orthodoxa, & Catholica Eccleſia ſtatutum eſt, vt adueniente Patrono, naturali, vel cuius habetur inſignis reliquia Sancto, quocunque alio; etiam duplici; occurrente eodem die, officium fiat de primo, reiecto in alium diem ſecundo: non enim implicat: ſed ſtatera doloſa iſta eſt. Nam ſancti huius Epiſcopi Georgij non die vigeſima tertia, ſed die vigeſima quarta celebrari conſueſcit feſtum ſicut omnis Clerus, & Populus atteſtari poſſunt.

Obiect. Sed forte dicet. Elapſis temporibus feſtum hoc celebrari ſolitum erat die vigeſimatertia, in qua eiuſdem nominis Sanctus incidebat, reijciebaturq. in alium diem, quod mihi non placuit: cum iſte in communi Kalẽdario Eccleſiaſtici officij ſit deſcriptus, ille verò non.

Solut. Baron. in Martyrol. Placeat quæſo. Nam, vt ait, Cardinalis Baronius in Martyrologio, Nono Kal. Februarij Valentiæ in Hiſpania, ſancti Vincentij martyris.

tyris. Eodem die, Ebregduni, in Gallia: ſancti Vincentij martyris; & Ebregduni, reiecto eiuſdem nominis Vincentio Valentino martyre; quamuis ſit in communi Kalen. Eccleſiaſtici officij deſcriptus, in alium diem; de iſto natnrali, ac patrono fit eo die officium. Quare, ſalua eius, qui mutauit pace, non placet, ſanctum noſtrum Epiſcopum Georgium: cum hiſtoria dicat, die vigeſimotertio ad cœlos euolaſſe: in vigeſimum quartum tranſtuliſſe diem. Neque ſcire potui, cur hoc ita factum ſit.

Dubium VIII.

SPectante vniuerſo Clero, & Populo, qui eo die ordine quo in publicis ſupplicationibus aſſolet, à Cathedrali Eccleſia ad recens erectam perrexit, quæ tubis, ac tibijs, nec non canticis muſicis perſonabat, percrepante Campana, ad maiorem feſti ſolemnitatem: quod deinde ſingulis annis eadem ratione, etiam habita ad Populnm concione, celebratum eſt, tanta vt ego arbitror ſolemnitate, quanta debet, & poteſt deferri Sanctis ritè canonizatis ab vniuerſali ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ Paſtore.

Solutio ad VIII.

TOta viri huius circũloquutio in hoc conſiſtit, ſcilicet, quod cum ſanctus Epiſcopus Georgius non ſit canonizatus ab aliquo S. R. E. Paſtore, non ſit propterea veneran-

dus

dus, & colendus vt ſanctus. In quo, negat etiam cultum, & venerationem cęteris à Romano Pontifice Sanctis non canonizatis. Hoc eloquētiæ genus non Sapientis eſt, cum Theologorum ſententia in contrarium ſtet, præſertim doctiſſimi Cardinalis Bellarmini, qui ſic habet: Plurimi Sancti ſunt qui in tota Eccleſia colūtur, quos nō Canonizauit Summus Pontifex &c. quod ſi peritè, & verè homo iſte, vel eius Conſiliarius, loqueretur, quid faciendum de Antonio, Paulo heremita, Hieronymo, Auguſtino, Hilario, & alijs multis, quos nullus ſummus Pontifex canonizauit? manum in meſſem alienam miſit, & ſic errare contigit. Conſulat Theologos doctos viros antequam de veneratione, & cultu Sanctorū diffiniendo abſolutè, quæ falſa ſunt affirmet. Diſtinguat prius tempora, & concordabit iura, quæ vt percipiat audiat ſequentia.

Card. Bell de Beat. & Can. SS. c. 8.

Iuxta Card. Bellarm. doctrinam inferimus, prædictos Sanctos, quos nullus ſummus Pontifex Canonizauit, eſſe Canonizatos ab Epiſcopis, vt infra dicemus. Ergo non ſolum venerandi ſunt Sancti Canonizati à Papa, ſed etiam illi, qui ab Epiſcopis, Clero, & Populo eorum temporum, Canonizati fuerunt. Ergo poteſt & debet Sanctis iſtis, ſicut & illis par ſolemnitas, cultus, & veneratio Sanctorum, ritè Canonizatorum.

Ad dub. 12.

Cardi-

Cardinalis Illuſtriſſ. Bellarminus prædicēs ordinem, ſtatuta, tempora, & originem, nec-non, & Pontificis Conſtitutionem, de Canonizatione Sanctorum, ſic habet. Alexander Tertius, & poſtea Innocentius Tertius, videntes abuſus qui oriebantur circa ſanctorũ cultum, prohibuerunt nè deinceps aliquis pro Sancto coli inciperet, ſine Romani Pontificis approbatione. Hæc ille. Ex cuius verbis colligimus primum. Illud, videntes abuſus qui oriebantur; ſignificare, vſque ad eorum tempora licuiſſe Epiſcopis in ſuis Diòceſibus canonizare Sanctos. Quod confirmatur auctoritate ſancti Bernardi in cap. Pronunciandum relata, qui ſic hàbet, Epiſcopus cum ſuis Clericis, quantum ad ſuam Dioceſim, poteſt Sanctum Canonizare, &c. Hoc idem Aſſorius. Secundò colligimus, omnes Sanctos canonizatos ab Epiſcopis ante prohibitionis conſtitutionem ab Alexandro Tertio, & Innocentio Tertio factam; eſſe colendos, venerandos, & hàbendos vt Sanctos. Nam in Decretis dicitur Conſtitutio pręterita non reſpicit ſed futura. Tertio cõcludimus, quòd cum Alexander Tertius conſtitutionem prædictã fecerit in Concilio Lugdunenſi, Anno 1164. Teſte Giaconio in vita Alexandri Tertij, & ſanctus Epiſcopus Georgius obierit Sanctus, florens miraculis, Anno 1117. & ab eo die

Not. 2. Bell. vbi ſupra. Alex. 3. in Conc. Lugdunen. c. audiuimus. Innoc. 3. in Concil. Lateranen. c. cum ex eo.

S. Bernar. in c. Pronunciandnm. Aſſor. lib. 5. Inſtit. mor. cap. 6.

1. p. decret. cap. 2.

Not. 3.

coli, ac venerari cœperit, ab Epiſcopo Clero, & Populo; per neceſſariam conſequentiam, ſequitur eſſe canonizatum, ſicut Auguſtinus, Hieronimus, Hilarius, Ambroſius, & alij infiniti fuerunt. Ecce ergo quomodo fideliſſimus Calaritanus Populus Feſtum ſancti Epiſcopi Georgij, (cui homo iſte ne intereſſet, Calari in vigilia feſti diſceſſit; (cum cariſſimo ſuę deuotionis ſocio, non Patria Calaritano) tubis, ac tibijs, canticiſq. muſicis, & percrepante campana celebrauit, & ad maiorem feſti ſolemnitatem, Proceſſionem à Cathedrali Eccleſia ad recens erectam ordinauit, aſtantibus Clero, religioſiſq. Marchionibus, Comitibus, Reipublicę Conſulibus, equitibus, & cuncto Populo. Quæ viro pio ſufficiunt ad credendum Sanctum hunc eſſe canonizatum, eiq. deberi cultus, & veneratio Sancti. Sed quia ad Dub. 12. ſuper ijs diutius, ne dicam moleſtius, inueſtigandis, & repugnandis immoratur, ad illorum ſolutionem ibi perlucidandam, legentes remittimus.

Dubium IX.

Viſa huiuſmodi relatione, & lecta ſepè ſepius ea quam res poſtulat attētione, valde hæſi in tribus. Primum eſt. Vtrum ſanctus iſte Epiſcopus Canonizatus fuerit? Ex relatione namque, neque conſtat manifeſtè, neque deducitur. Secundum eſt. Sanctifica-

tio

tio eius in vtero. Tertium eſt, & vltimum, ætas viginti duorum annorum, quam vt diximus, ducebat, dum ad Epiſcopatum Eccleſiæ Suellenſis promotus fuit, quæ ſuffraganea eſt huius noſtræ Metropolitanæ Calaris.

Solutio ad IX.

RElatio duplex apud homines reperitur, vna quæ fulcitur veris, altera vero, quæ falſis innititur fundamentis. Et ſanè quæcumque illa ſit, ſemper iuxtà relatoris ſenſum, in bonum, vel in malum tendit. Quænam ſit relatio hæc à viro iſto ſæpe ſæpius perlecta, ex qua heſitare in tribus contigit, videamus. Nam ſi illa eſt quam dubio 17. protulit; falſiſſima eſt, & imperiti hominis eloquiũ. Nam Dub. 17.
Sanctus cui permultæ Eccleſiæ, etiam Paro- ad Dub. 49. & §. 4. 5.
chiales ab immemorabili hominum memoria ſub eius nomine, & titulo, conſtructæ ſunt, & proprium officium habet, cuiuſq. feſtum celebratur, miracula quotidie vetera, & noua conſpiciuntur; quomodo non canonizatus dici poterit? Relatio ſanè hæc ab eo ſuoq. farraginata marte, quàm minus vera ſit, neminem ſanæ mentis latet: nos enim relationẽ ab hiſtoria ipſa, quam à quodam Pio viro, Paulo nomine, illius temporis conſcriptã, quingentis retro annis habemus; quæ quantæ veritatis ſit, ſupra in ſolutione ad Dubium ad Dub. 1.
primum diximus; quam ſi non intellexit Do-

ctor, quid ad nos? Quibuſdam ignaris, ſeu in reprobum ſenſum verba ſcripturę vertentibus, dixerat Apoſtolus Petrus. Cariſſimus frater noſter Paulus ſecundum ſibi datam ſapiētiam ſcripſit vobis, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut, & cæteras ſcripturas, ad ſuam perditionem, &c. Et ſanctus Auguſtinus dixerat. Hęreſis de ipſa ſcriptura male intellecta orta eſt. Quare, ſi ab ipſa Sancti hiſtoria; quam ad dubium 22. admittit, relationem hanc hęſitandi in tribus abſtraxit: ex eadem ego veris, & certiſſimis fundamentis adhærens, relationem veram, iuxta hiſtoriam tamen, hauſi. Quæ fortè, quia viro Theologia prædito indigebāt, percipere non potuit Doctor iſte, & ſic contigit heſitare in illis tribus, quibus plenè, infra ſatisfaciemus.

1. Pet. 3.

Sigibertus in chronic. de Horoſi prædeſtinatorum.

Dubium X.

QVia verò poſt aſſiduam lectionem, & indagationem, nec ego mihi ſatisfeci; Nec reperi à quo mihi ſatisfieret in ijs dubitationibus, cum ſint tanti momenti, videlicet, de Religione, & cultu: viſum fuit adire ſupræmum Eccleſiæ oraculum & caput, quod neque in ijs, neque in alijs de fide rebus errare poteſt.

Solutio ad X.

DIximus ſuperiori ſolutione, quare non ſibi ſatisfecerit, cum ſuæ profeſſionis non

ſit in

ſit in ijs ſibi ſatisfieri. Verùm fateor, quod illi in cæteris non credo, ne tantorum doctiſſimorum Sardorum Sapientiæ crimen ignorantiæ opus ſit imponere. Si Theologorum Sardorum minimus ego, ſuis obiectionibus coram ſummo orbis,& Vrbis Pōtifice reſponſurus acceſſi, pro parte ſancti Georgij: quid dicturos ſperabat cæteros tantæ doctrinæ peritiſſimos Sardos., ſi ipſos conſuluiſſet? teſtimonium perhibeat de illis, qui ſibi ſatisfacere nequiuerunt: ſin autem, falſum teſtimonium illis impoſuiſſe dicemus, cum eos eadem ignorantia laboraſſe dicat.

Non eſt nobis hic quæſtio nunc, Vtrū abſolutè ſit de fide Sanctorum canonizatio: oro tamen vt antequàm diffiniat quæſtionem Doctor iſte, legat S. Thom. quolib. 9. q. 7. ar. 16. S. Antonium 3. par. tit. 12. cap. 8. §. 2. Silueſtrum,& Armillam, in verbo Canonizatio. Aſſor. 2. par. inſtit. moral. lib. 5. cap. 6. Gloſ. c. 1. de Reliq. & Vener. SS. in verbo Sedis Apoſtolicæ, in 6. à quibus modum loquendi de Sanctorum canonizatione percipiet.

S. Th. quol. 9. q. 7. art. 16. S. Anton. 3. p. tit. 12. c. 8. §. 2. Silu. & Armill. verb. canonizatio. Aſſor. 2. p. lib. 5. c. 8. Glo. c. 1. de rel. & ven. SS. in 6. inter. Sedis Apoſt.

In omnibus autem, quæ de fide ſunt, cum Sancta tenemus Eccleſia Catholica, Papam diffiniendo errare non poſſe. Cum Petro dictum ſit à Chriſto Domino, Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua Luc. 22. Luc. 22.

Sed, & non benè ſonuit in auribus noſtris,

oblata Deo deturbari? ita vt omnes tranſeuntes per viam illuderent ſanctam Calaritanam Eccleſiam, & nobiliſſimam, ac ſemper fideliſſimam Ciuitatem, dicentes, Hæccine eſt Vrbs perfecti Decoris Regni Sardiniæ? Hæc eſt Metropolis, & Sancta Eccleſia? Heu in quantum errorem deuenit, vt hominem non dum Canonizatum pro Sancto coleret, & veneraretur? Optima ſanè æſtimatio hæc eſt, Eccleſię in qua Canonicatum obtinet Doctor iſte, & ex pauperrimò oppidano, diues Canonicus effectus eſt. Sapiens diuino ſpiritu afflatus ait. Doctrina ſua noſcitur vir, & de fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur. Quare etſi Canonicus, & vt ait, doctor ſit, nulli propter nominis dignitatem eſt aſſentiendum, multi enim dignitate fulgẽtes errauerunt, etiã à fide, de quibus dixit Apoſtolus. Denunciantes quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & Genealogijs interminatis, quæ quæſtionẽ præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide, à quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, &c. quæ in ijs dubijs apertè apparent, cum imperitia multa laborent. Sequenti modo, & forma inferius diluenda.

Here. tren. cap. 2.

Prou. 12.

1. ad Tim. cap. 1.

Du-

Dubium XII.

QVod ad primum attinet dixi, quod cum eſſet certum, & manifeſtum Eccleſiaſticum honorem, & ſolemnem cultum, quem dictus Reuerendiſſ. Epiſcopus laſſo iuſſit, vt dictum eſt, deferri Sãcto huic, nec poſſe, nec fieri debere niſi Sanctis Canonizatis à Chriſti Domini Vicario in Terris, qui eſt Epiſcopus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Saltem à temporibus Leonis huius nominis Papæ Tertij, qui Eccleſiam Dei gubernauit Anno 795. vt aduertit Illuſtriſſ. Card. Bellarminus, contr. lib. 1. de Beat. & Canoniz. Sãctorum. & ab hoc tempore Romanos ſolum Pontifices ritu ſolemniſſimo, approbare, canonizare, & in Sanctorum numerum eos referre, quos poſt longam, grauem, & maturam informationem atque conſultationem, repeiunt talibus præſtare partibus, quales tàm alta, tàm cœleſtis dignitas, atque titulus requirit: hoc idem Illuſtriſſ. Dominus Cardinalis affirmat. Ad quod addit Hoſtienſis in ſumm. lib. 3. de Reliquijs, & venerat. ſanct. prædictam informationẽ præcipuè fieri in confeſſoribus; cum in illis maior ſit ratio dubitandi, vt videre licet ſuis ipſius verbis, quæ ſunt iſta, quæ ſequuntur. Et hoc intellige de confeſſoribus, de Martyribus autem, non fit tanta examinatio à Romano Pontifice, ad quem ſpectat hic actus.

Solutio ad XII.

SAtis, ſuperq. ad primam eloquij viri huius partem ſatisfactum eſt, diffuſeq. probatum reliquimus, ſupra ad 8. Ex communi Doctorũ Dub. 8. ſen-

Dubium VII.

CElebrans natalem illius, qui eſt vigeſimus tertius menſis Aprilis officio duplici, reiecto in alium diem feſto ſancti Georgij Martyris, quod in eundem diem incidit.

Solutio ad VII.

Breu.Rom. IN ſancta Orthodoxa, & Catholica Eccleſia ſtatutum eſt, vt adueniente Patrono, naturali, vel cuius habetur inſignis reliquia Sancto, quocunque alio; etiam duplici; occurrente eodem die, officium fiat de primo, reiecto in alium diem ſecundo: non enim implicat: ſed ſtatera doloſa iſta eſt. Nam ſancti huius Epiſcopi Georgij non die vigeſima tertia, ſed die vigeſima quarta celebrari conſueſcit feſtum· ſicut omnis Clerus, & Populus atteſtari poſſunt.

Obiect. Sed forte dicet. Elapſis temporibus feſtum hoc celebrari ſolitum erat die vigeſimatertia, in qua eiuſdem nominis Sanctus incidebat, reijciebaturq. in alium diem, quod mihi non placuit: cum iſte in communi Kalēdario Eccleſiaſtici officij ſit deſcriptus, ille verò non.

Solut. Baron. in Martyrol. Placeat quæſo. Nam, vt ait, Cardinalis Baronius in Martyrologio, Nono Kal. Februarij Valentiæ in Hiſpania, ſancti Vincentij mar-

tyris.

tyris. Eodem die, Ebregduni, in Gallia: ſancti Vincentij martyris; & Ebregduni, reiecto eiuſdem nominis Vincentio Valentino martyre; quamuis ſit in communi Kalen. Eccleſiaſtici officij deſcriptus, in alium diem; de iſto natnrali, ac patrono fit eo die officium. Quare, ſalua eius, qui mutauit pace, non placet, ſanctum noſtrum Epiſcopum Georgium: cum hiſtoria dicat, die vigeſimotertio ad cœlos euolaſſe: in vigeſimum quartum tranſtuliſſe diem. Neque ſcire potui, cur hoc ita factum ſit.

Dubium VIII.

SPectante vniuerſo Clero, & Populo, qui eo die ordine quo in publicis ſupplicationibus aſſolet, à Cathedrali Eccleſia ad recens erectam perrexit, quæ tubis, ac tibijs, nec non canticis muſicis perſonabat, percrepante Campana, ad maiorem feſti ſolemnitatem: quod deinde ſingulis annis eadem ratione, etiam habita ad Populnm concione; celebratum eſt, tanta vt ego arbitror ſolemnitate, quanta debet, & poteſt deferri Sanctis ritè canonizatis ab vniuerſali ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ Paſtore.

Solutio ad VIII.

TOta viri huius circũloquutio in hoc conſiſtit, ſcilicet, quod cum ſanctus Epiſcopus Georgius non ſit canonizatus ab aliquo S. R. E. Paſtore, non ſit propterea venerandus

dus, & colendus vt ſanctus. In quo, negat etiam cultum, & venerationem ceteris à Romano Pontifice Sanctis non canonizatis. Hoc eloquẽtiæ genus non Sapientis eſt, cum Theologorum ſententia in contrarium ſtet, præſertim doctiſſimi Cardinalis Bellarmini, qui ſic habet: Plurimi Sancti ſunt qui in tota Eccleſia colũtur, quos nõ Canonizauit Summus Pontifex &c. quod ſi peritè, & verè homo iſte, vel eius Conſiliarius, loqueretur, quid faciendum de Antonio, Paulo heremita, Hieronymo, Auguſtino, Hilario, & alijs multis, quos nullus ſuumus Pontifex canonizauit? manum in meſſem alienam miſit, & ſic errare contigit. Conſulat Theologos doctos viros antequam de veneratione, & cultu Sanctorũ diffiniendo abſolutè, quæ falſa ſunt affirmet. Diſtinguat prius tempora, & concordabit iura, quæ vt percipiat audiat ſequentia.

Card. Bell de Beat. & Can. SS. c. 8.

Iuxta Card. Bellarm. doctrinam inferimus, prædictos Sanctos, quos nullus ſummus Pontifex Canonizauit, eſſe Canonizatos ab Epiſcopis, vt infra dicemus. Ergo non ſolum venerandi ſunt Sancti Canonizati à Papa, ſed etiam illi, qui ab Epiſcopis, Clero, & Populo eorum temporum, Canonizati fuerunt. Ergo poteſt & debet Sanctis iſtis, ſicut & illis par ſolemnitas, cultus, & veneratio Sanctorum, ritè Canonizatorum.

Ad dub. 12.

Cardi-

Cardinalis Illuſtriſſ. Bellarminus prædicẽs ordinem, ſtatuta, tempora, & originem, nec-non, & Pontificis Conſtitutionem, de Cano-nizatione Sanctorum, ſic habet. Alexander Tertius, & poſtea Innocentius Tertius, viden tes abuſus qui oriebantur circa ſanctorũ cul-tum, prohibuerunt nè deinceps aliquis pro Sancto coli inciperet, ſine Romani Pontifi-cis approbatione. Hæc ille: Ex cuius verbis colligimus primum. Illud, videntes abuſus qui oriebantur; ſignificare, vſque ad eorum tempora licuiſſe Epiſcopis in ſuis Diòceſibus canonizare Sanctos. Quod confirmatur au-ctoritate ſancti Bernardi in cap. Pronuncian dum relata, qui ſic habet, Epiſcopus cum ſuis Clericis, quantum ad ſuam Dioceſim, poteſt Sanctum Canonizare, &c. Hoc idem Aſſo-rius. Secundò colligimus, omnes Sanctos ca-nonizatos ab Epiſcopis ante prohibitionis conſtitutionem ab Alexandro Tertio, & In-nocentio Tertio factam; eſſe colendos, vene-randos, & habendos vt Sanctos. Nam in De-cretis dicitur Conſtitutio pręterita non reſpi cit ſed futura. Tertio cõcludimus, quòd cum Alexander Tertius conſtitutionem prædictã fecerit in Concilio Lugdunenſi, Anno 1164. Teſte Giaconio in vita Alexandri Tertij, & ſanctus Epiſcopus Georgius obierit Sanctus, florens miraculis, Anno 1117. & ab eo die

Not. 2.
Bell. vbi ſupra.
Alex. 3. in Conc. Lugdunen. c. audiuimus.
Innoc. 3. in Concil. Lateranen. c. cum ex eo.
S. Bernar. in c. Pronuntiandnm.
Affor. lib. 5. Inſtit. mor. cap. 6.
1. p. decret. cap. 2.
Not. 3.

coli, ac venerari cœperit, ab Epiſcopo Clero, & Populo; per neceſſariam conſequentiam, ſequitur eſſe canonizatum, ſicut Auguſtinus, Hieronimus, Hilarius, Ambroſius, & alij infiniti fuerunt. Ecce ergo quomodo fideliſſimus Calaritanus Populus Feſtum ſancti Epiſcopi Georgij, (cui homo iſte ne intereſſet, Calari in vigilia feſti diſceſſit; (cum cariſſimo ſuę deuotionis ſocio, non Patria Calaritano) tubis, ac tibijs, canticiſq. muſicis, & percrepante campana celebrauit, & ad maiorem feſti ſolemnitatem, Proceſſionem à Cathedrali Eccleſia ad recens erectam ordinauit, aſtantibus Clero, religioſiſq. Marchionibus, Comitibus, Reipublicę Conſulibus, equitibus, & cuncto Populo. Quæ viro pio ſufficiunt ad credendum Sanctum hunc eſſe canonizatum, eiq. deberi cultus, & veneratio Sancti. Sed quia ad Dub. 12. ſuper ijs diutius, ne dicam moleſtius, inueſtigandis, & repugnandis immoratur, ad illorum ſolutionem ibi perlucidandam, legentes remittimus.

Dubium IX.

Viſa huiuſmodi relatione, & lecta ſepè ſepius ea quam res poſtulat attẽtione, valde bæſi in tribus. Primum eſt. Vtrum ſanctus iſte Epiſcopus Canonizatus fuerit? Ex relatione namque, neque conſtat manifeſtè, neque deducitur. Secundum eſt. Sanctificatio

tio eius in vtero. Tertium eſt, & vltimum, ætas viginti duorum annorum, quam vt diximus, ducebat, dum ad Epiſcopatum Eccleſiæ Suellenſis promotus fuit, quæ ſuffraganea eſt huius noſtræ Metropolitanæ Calaris.

Solutio ad IX.

RElatio duplex apud homines reperitur, vna quæ fulcitur veris, altera vero, quæ falſis innititur fundamentis. Et ſanè quæcumque illa ſit, ſemper iuxtà relatoris ſenſum, in bonum, vel in malum tendit. Quænam ſit relatio hæc à viro iſto ſæpe ſæpius perlecta, ex qua heſitare in tribus contigit, videamus. Nam ſi illa eſt quam dubio 17. protulit; falſiſſima eſt, & imperiti hominis eloquiũ. Nam Dub. 17.
Sanctus cui permultæ Eccleſiæ, etiam Paro- ad Dub. 49.
chiales ab immemorabili hominum memo- & §. 4. 5.
ria ſub eius nomine, & titulo, conſtructæ ſunt, & proprium officium habet, cuiuſq. feſtum celebratur, miracula quotidie vetera, & noua conſpiciuntur; quomodo non canonizatus dici poterit? Relatio ſanè hæc ab eo ſuoq. farraginata marte, quàm minus vera ſit, neminem ſanæ mentis latet: nos enim relationẽ ab hiſtoria ipſa, quam à quodam Pio viro, Paulo nomine, illius temporis conſcriptã, quingentis retro annis habemus; quæ quantæ veritatis ſit, ſupra in ſolutione ad Dubium ad Dub. 1.
primum diximus; quam ſi non intellexit Do-

ctor, quid ad nos? Quibuſdam ignaris, ſeu in reprobum ſenſum verba ſcripturę vertentibus, dixerat Apoſtolus Petrus. Cariſſimus frater noſter Paulus ſecundum ſibi datam ſapiētiam ſcripſit vobis, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut, & cæteras ſcripturas, ad ſuam perditionem, &c. Et ſanctus Auguſtinus dixerat. Hęreſis de ipſa ſcriptura male intellecta orta eſt. Quare, ſi ab ipſa Sancti hiſtoria; quam ad dubium 22. admittit, relationem hanc hęſitandi in tribus abſtraxit: ex eadem ego veris, & certiſſimis fundamentis adhærens, relationem veram, iuxta hiſtoriam tamen, hauſi. Quæ fortè, quia viro Theologia prædito indigebāt, percipere non potuit Doctor iſte, & ſic contigit heſitare in illis tribus, quibus plenè, infra ſatisfaciemus.

1.Pet.3.

Sigibertus in chronic. de Horoſi prædeſtinatorum.

Dubium X.

Quia verò poſt aſſiduam lectionem, & indagationem, nec ego mihi ſatisfeci; Nec reperi à quo mihi ſatisfieret in ijs dubitationibus, cum ſint tanti momenti, videlicet, de Religione, & cultu: viſum fuit adire ſupremum Eccleſiæ oraculum & caput, quod neque in ijs, neque in alijs de fide rebus errare poteſt.

Solutio ad X.

Diximus ſuperiori ſolutione, quare non ſibi ſatisfecerit, cum ſuæ profeſſionis non

ſit in

ſit in ijs ſibi ſatisfieri. Verùm fateor, quod illi in cæteris non credo, ne tantorum doctiſſimorum Sardorum Sapientiæ crimen ignorantiæ opus ſit imponere. Si Theologorum Sardorum minimus ego, ſuis obiectionibus coram ſummo orbis, & Vrbis Pōtifice reſponſurus acceſſi, pro parte ſancti Georgij: quid dicturos ſperabat cæteros tantæ doctrinæ peritiſſimos Sardos, ſi ipſos conſuluiſſet? teſtimonium perhibeat de illis, qui ſibi ſatisfacere nequiuerunt: ſin autem, falſum teſtimonium illis impoſuiſſe dicemus, cùm eos eadem ignorantia laboraſſe dicat.

Non eſt nobis hic quæſtio nunc, Verū abſolutè ſit de fide Sanctorum canonizatio: oro tamen vt antequàm diffiniat quæſtionem Doctor iſte, legat S. Thom. quolib. 9. q. 7. ar. 16. S. Antonium 3. par. tit. 12. cap. 8. §. 2. Silueſtrum, & Armillam, in verbo Canonizatio. Aſſor. 2. par. inſtit. moral. lib. 5. cap. 6. Gloſ. c. 1. de Reliq. & Vener. SS. in verbo Sedis Apoſtolicæ, in 6. à quibus modum loquendi de Sanctorum canonizatione percipiet.

S. Th. quol. 9. q. 7. art. 16. S. Anton. 3. p. tit. 12. c. 8. §. 2. Silu. & Armill. verb. canonizatio. Aſſor. 2. p. lib. 5. c. 8. Glo. c. 1. de rel. & ven. SS. in 6. inter. Sedis Apoſt.

In omnibus autem, quæ de fide ſunt, cum Sancta tenemus Eccleſia Catholica, Papam diffiniendo errare non poſſe. Cum Petro dictum ſit à Chriſto Domino, Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua Luc. 22.

Luc. 22.

Sed, & non benè ſonuit in auribus noſtris,

quòd cũ præſentauerit memoriale hoc ſummo omnium Pontifici, cuius Iudicium eſt ſupremum, & vltimum in Eccleſia ſancta Dei, à quo nullus appellare poteſt, nunc ad Inferius Archiepiſcopi Galaritani iudicium, cum eodẽ memoriali doctẽdus accedat. Dicat nobis quid hoc ſit? voluit, ne ſibi ipſis contradicentia iudicia implicari? hoc habet qui gratis, & temere contra vitam, & ſanctorum ſanctitatem inſurgit, vt multiplicatione verborum in laqueum quem parare intendit, incidat: & nuſquam ſibi ipſi in dicendis conſtet. Satius enim fuiſſet viro iſti Romam veniſſe, quàm in Hiſpaniã diſceſſiſſe, neque per Procuratorem hoc memoriale præſentaſſe. Nam multa ſunt, quæ percontari Procuratori non poſſunt, quæ ſua præſentia, ac doctrina dilucidaſſet. Cum doctor, ait, ſit, ſanctæ calaritanæ Eccleſiæ.

Dubium XI.

SIcque id præſtiti, tanquam vnus ex Canonicis, & Doctoribus ſanctæ Eccleſiæ Calaritanæ, de cuius æſtimatione, & auctoritate agitur, ſignificans multis rationem, ac fundamentum meorum ſupra aſſignatorum dubiorum ſequenti modo, & forma.

Solutio ad XI.

DIgnum ſanè opus Canonico Calaritano, hoc eſt, in dedecus Sancti Conciuis nobiliſſi-

biliſſimæ Patriæ, & Concanonici ſanctæ Ec-cleſiæ Metropolitanæ, & Primatialis Regni. Doctores namq. Canonici Sanctæ Calaritanæ Eccleſiæ; opus hoc execrantur, & anathematizant; affirmantq. non eſſe, neque fuiſſe conſentientes ijs actibus, factumq. eſſe memoriale in abſcondito, occultè, & furtiuè abſque eorum ſapientia, & conſilio, quos ſi conſuluiſſet, illum omnino à propoſito iſto ac delirio liberaſſent, cum ipſi, & doctiſſimi Theologi ſint, & Vtriuſque Iuris Peritiſſimi, & eis conſtet de rei veritate, circa Eccleſias ſanctitatē, & miracula ſancti Epiſcopi Georgij, & quid tenendum eſſet, illum Concanonici docuiſſent; cum non Patria ſit Calaritanus, qui hæc, vt ait, dubitat, vel dubitare fingit. Quomodo ergo fieri poteſt, quod Canonicus ignoret Sanctū, cuius Feſtum à die qua ingreſſus eſt in Calaritanam Eccleſiam celebrari vidit, & cum ipſis ipſe celebrauit, & coluit? Quomodo etiam dicit de cuius æſtimatione agitur, cū melius dixiſſet, de cuius ignominia agitur? Hactenus enim nullus ante illum, quid tale de ſancto Pontifice Georgio ſenſit. Quid enim aliud hoc opus continet, quam Sanctum ab Altari eliminari, & Eccleſias omnes ſuo nomini ſacratas ſolò æquari, ſolemnitatem prohiberi, cultum, & venerationem impediri, omniaq. in illius honorem

oblata Deo deturbari? ita vt omnes tranſeuntes per viam illuderent ſanctam Calaritanam Eccleſiam, & nobiliſſimam, ac ſemper fide-
Here. tren. cap. 2. liſſimam Ciuitatem, dicentes, Hæccine eſt Vrbs perfecti Decoris Regni Sardiniæ? Hæc eſt Metropolis, & Sancta Eccleſia? Heu in quantum errorem deuenit, vt hominem non dum Canonizatum pro Sancto coleret, & veneraretur? Optima ſanè æſtimatio hæc eſt, Eccleſię in qua Canonicatum obtinet Doctor iſte, & ex pauperrimo oppidano, diues Canonicus effectus eſt. Sapiens diuino ſpiritu
Prou. 12. afflatus ait. Doctrina ſua noſcitur vir, & de fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur. Quare etſi Canonicus, & vt ait, doctor ſit, nulli propter nominis dignitatem eſt aſſentiendum, multi enim dignitate fulgẽtes errauerunt, etiã
1. ad Tim. cap. 1. à fide, de quibus dixit Apoſtolus. Denunciantes quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & Genealogijs interminatis, quæ quæſtionẽ præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide, à quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, &c. quæ in ijs dubijs apertè apparent, cum imperitia multa laborent. Sequenti modo, & forma inferius diluenda.

Du-

Dubium XII.

QVod ad primum attinet dixi, quod cum eſſet certum, & manifeſtum Eccleſiaſticum honorem, & ſolemnem cultum, quem dictus Reuerendiſſ. Epiſcopus laſſo iuſſit, vt dictum eſt, deferri Sãcto huic, nec poſſe, nec fieri debere niſi Sanctis Canonizatis à Chriſti Domini Vicario in Terris, qui eſt Epiſcopus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Saltem à temporibus Leonis huius nominis Papæ Tertij, qui Eccleſiam Dei gubernauit Anno 795. vt aduertit Illuſtriſſ. Card. Bellarminus, contr. lib. 1. de Beat. & Canoniz. Sãctorum. & ab hoc tempore Romanos ſolum Pontifices ritu ſolemniſſimo, approbare, canonizare, & in Sanctorum numerum eos referre, quos poſt longam, grauem, & maturam informationem atque conſultationem, repeeriunt talibus præſtare partibus, quales tàm alta, tàm cœleſtis dignitas, atque titulus requirit: hoc idem Illuſtriſſ. Dominus Cardinalis affirmat. Ad quod addit Hoſtienſis in ſumm. lib. 3. de Reliquijs, & venerat. ſanct. prædictam informationẽ præcipuè fieri in confeſſoribus; cum in illis maior ſit ratio dubitandi, vt videre licet ſuis ipſius verbis, quæ ſunt iſta, quæ ſequuntur. Et hoc intellige de confeſſoribus, de Martyribus autem, non ſit tanta examinatio à Romano Pontifice, ad quem ſpectat hic actus.

Solutio ad XII.

SAtis, ſuperq. ad primam eloquij viri huius partem ſatisfactum eſt, diffuſeq. probatum reliquimus, ſuprà ad 8. Ex communi Doctorũ Dub. 8. ſen-

ſententia Theologorum, plurimos Sanctos venerari in tota Eccleſia Catholica, qui à nullo ſummo Pōtifice canonizati fuerūt, vt Antonius, Paulus heremita, Hylarion, &c. ex quibus conſtat: quia quod affirmat non eſt certum, & manifeſtum, vt ait, ſed omnino falſum, cum nullam venerationem dicat deberi Sanctis ſupra citatis, & infinitis alijs. Doctrina equidem noua, & non bene ſonans hæc eſt.

Not. 2. ad Dub. 8. Ad ſecundam partem, ſcilicet, a Leonis Tertij tempore, &c. Reſpondemus: virum iſtū ignoraſſe doctiſſimi Cardinalis Doctrinā ad Dub. 8. de Conſtitutione Alexandri Tertij, non autem quid tale de Leone Tertio loquitur. Aſſorius item, refert decretū ab ipſo Alex. 3. in concil. Lugdun. anno 1164. factum, quòd tale eſt. Illum ergo nō præſumatis de cętero colere, qui etiam ſi per eum miracula fierent, non liceat vobis ipſum pro Sācto abſque auctoritate Romani Pontificis venerari. Hęc ille: Vidiſtis Cardinalem, neque aliquem alium dicere, quæ illi minus verè impoſuit iſte, de Leone Tertio? Conſtat ergo vſque ad Alex. 3. decretum illud non obligaſſe, vt in decret. dicitur. Conſtitutio futura reſpicit, non autem præterita. Ex quibus apertè ſequitur ſanctum Epiſcopum Georgium non compræhēdi ſub iſta Conſtitutione, vt diximus ad Dubium 8. not. 2. & 3. Ex quibus etiam apparet manifeſtè

[Margin: Aſſo. lib. 5. 2. p. c. 6.] [Margin: 1. p. c. 2.] [Margin: 1. p. decr. c. 2.]

ſtè

ſtè ex proprio marte finxiſſe virum iſtũ prohibitionem illam factam à Leone huius nominis tertio, quæ cum non appareat, & vt ait Domi. de Soto, lex ab habente poteſtatem poſita, non habeat vim obligandi ante promulgationem: quamuis conſtet de voluntate legislatoris: propterea dicimus, cũ nulla alia ante legem poſitam ab Alex. tertio appareat, ſtandum eſſe in illa Alexandri tertij; Ex qua canonizatum fuiſſe ſanctum noſtrum Epiſcopum Georgium affirmamus. Collectio Authoris. Sot. lib. 1. de Iuſ. & Iur. q. 1. ar. 1.

Ad Tertiam partẽ, ſcilicet, vbi ait, Ad quod addit Hoſtienſis, etiam Reſpondeo, Hoſtienſem floruiſſe poſt Alexandrum Tertium ſeptuaginta quatuor annis, tempore, ſcilicet, Innocentij Quarti, anno 1243. & ſic eius verba à Conſtitutione Alex. Tertij, & deinceps intelligenda ſunt, & nihil ex eis contra Sanctum noſtrũ; oportebat enim Doctorẽ prius diſtinxiſſe tempora, vt verius potuiſſet concordare Iura. Viri autem huius circumloquutiones, maximè perpendere oportebit, quibus contradictionibus implicatur. Dub. 10. dixit eſſe de fide, neque errari poſſe in Sanctorum Canonizatione: In hoc autem dicit, in canonizatione Sanctorum Confeſſorum, eſſe maiorem rationem dubitandi. Ex quo percõtari libet. Si canonizatio eſt abſolutè de fide, quomodo eſſe poteſt in ea ratio dubitandi? ſi Not. 3. Hoſt. quo tempore ſcripſit. Dub. 10.

ergo dubitatio in canonizatione reperitur. Er-go non eſt abſolutè de fide? Vel, ſi inter canonizationes poteſt maior dubitatio admitti, ergo, & minor: quare ſi in canonizatione confeſſorum admittitur maior, in canonizatione Martyrũ etiã minor, vel ſaltim aliqua admitti debet, ergo non erit abſolutè de fide Sanctorum canonizatio? ijs ad Dub. 10. ſatisfecimus, quibus pro ſua eruditione, cum placuerit, ſatisfaciet Doctor. Dubitabit forſan hic homo & dicet. Si ſolius Papæ eſt Iuris canonizare Sanctos, & ſemper fuit, quomodo illi omnes non canonizati à Papa in veneratione haben tur ab Eccleſia Catholica? Communis Theologorum ſententia doctiſſimè huic ſatisfacit quæſtioni, cui nos infra reſpondebimus ad Dub. 27.

ad Dub. 10 — Obiect. — Solut. — ad Dub. 27

Dubium XIII.

CVm ergo conſtet ex eadem hiſtoria fratris ſerpi, hunc ſanctum Pontificem Sardum floruiſſe Anno Milleſimo, centeſimo, decimo ſeptimo, ducentis Annis poſt Leonem Tertium, conſtare etiam deberet ipſum fuiſſe canonizatum per aliquem ſummum Pontificem, quod neceſſarium erat ad hoc vt coleretur, haberetur, & adoraretur vt talis, Nec tamen conſtat teſtimonio, quo id probet, fidemq. faciat.

Solu-

Solutio ad XIII.

HOc acutiſſimi ingenij argumento, quaſi Palmam,ac Tropheum putauit accepiſſe homo iſte, Iamque ſanctum noſtrum Georgium ad inſtar Dagon pronum in terra ab Altari eliminari: ſed quantum à veritate diſtet, ſuperiori ſolutione,ad ſecundam partem Dubij duodecimi probatum reliquimus, vbi de tempore Leonis Tertij actum eſt. Ex quo per neceſſariam conſequentiam infertur,nō opus eſſe,conſtare ſanctum Epiſcopum Georgium canonizatum fuiſſe ab aliquo ſummo Pontifice. Et confirmatur ex adductis per virum iſtum, & conceſsis ex hiſtoria fratris ſerpi. Quibus ſic ſtantibus, ſanctus iſte Epiſcopus Georgius poteſt, & debet, vti ſit, coli venerari, & adorari, vt Sanctus:& quæ retulimus, ſunt tanquam verum teſtimonium, quo hæc probamus, fidemq. apud pios, & doctos viros faciunt indubiam. Solum reſtat,vt parum pios, & ignaros contradicentes, doceamus hanc veritatem,qui ex his noſtris ſatis firmam habere poterunt ſententiam. Dub.12.

Dubium XIV.

CVm conſtet decimoſexto Anno à morte huius ſancti Epiſcopi Sardi, Anno ſcilicet, Milleſimo, Centeſimo trigeſimo tertio, ab Innocentio Secundo, ſanctum Hugonem

Hugonem Epiſcopum Graciopolitanum fuiſſe, vt patet ex Epiſtola quadam eiuſdem Innocentij, ad Priorem Cartuſienſium; quam affert Surius Tom. 2.

Solutio ad XIV.

SApienter in dies fit vir iſte in argumentandi modo, qui vt omnibus pateat hic eſt, ex eius florenti ingenio, & ſcriptis deductus. Innocentius Papa canonizauit ſanctum Hugonem, ergo prohibuit Epiſcopis, ne deinceps canonizarent. Accipiat huic ſimile. Sanctus Petrus Papa baptizauit Cornelium Centurionem, ergo prohibuit, ne deinceps alius, quàm Papa baptizaret. Audiſtis Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ Doctorem? Si ergo Epiſcopi Canonizabant, quid mirandum, ſi Papa canonizet? nunquid qui alios parere facit ipſe ſterilis erit? Surius igitur refert, quæ Papa Innocentius fecit. Sed, & ipſius Papæ Epiſtola, nihil aliud eſt, quàm teſtimonium peribens de illa canonizatione per illum facta: non autem eſt prohibitio aliqua ibi contenta contra Epiſcopos in ſuis Dioceſibus Canonizantes Sanctos, temporibus illis, vt ſupra Dub. 8. 12. 13. docuimus, teſtimonio ſancti Bernardi, & Doctorum.

Act. 10.

Eſai. 66.

Sur. to. 2.

ad Dub. 8. 12. 13.

Du-

Dubium XV.

AT vero vno, & triginta annis poſt, anno ſcilicet, milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, Sanctorum numero adſcripſit Beatum Bernardum huius Sancti Epiſcopi Sardi contemporaneum, Alexander Tertius. Vt ad calcem operum huius melleflui Doctoris apparet &c.

Solutio ad XV.

SAnctus Bernardus Abbas Clareuallenſis, ex Petro Epiſcopo Equilino, & Sigiberto floruit tempore Gregorij Papæ Tertij, & Federici Primi Imperatoris. Et anno 1153. obijt, ac beato fine quieuit; ætatis vero ſuæ ſexageſimo tertio, tertiodecimo Kal. Septēbris, & in ſupplemento ad Chronicon Sigiberti ſic habetur. Anno 1160. Kal. Septembris mortuo Adriano Papa, electi ſunt duo, & conſecrati Rolandus, Cancellarius, Presbyter Cardinalis Tit. S. Marci, Vir religioſus, vocatus Alexander Tertius Papa, videlicet, 174. poſt Petrum, & Octauianus Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariæ in Coſmodin, dictus Victor Tertius. Ex quo patet erroris facultas hominis iſtius, circa annum canonizationis Sancti Bernardi; cum eo anno adhuc non eſſet Papa Alexander Tertius. Sed vt ad veritatem

Equil. in Catalogo. Sigiber. in Chronico. fol. 465.

ritatem veniamus, audiamus Platinam in Alexandri Tertij vita quid dicat. Alexander igitur Tertius exiens Roma, Galliam adit hortatu Philippi Regis Francorum, ſchiſmatis ſugiendæ cauſa, per Octauianum Cardinalem, Victorem appellatum exorta, inflicto gladio excommunicationis, prædicto, & Federico Imperatori Secundo, eiuſdem fautori, in Galliam præfectus eſt, anno ſecundo ſui Pontificatus. Hæc ille: Si igitur Anno 1160. electus eſt, & Anno 1162. abijt in Galliam, quomodo ergo canonizare potuit ſanctum Bernardum Anno 1159? Nũquid antequam eſſet Papa, Romæ electus, in Gallia canonizauit illũ? Ad cuius rei euidentiam, Ioannes Aſſorius ſic loquitur. Quæritur quo tẽpore cœperint Romani Pontifices, cõfeſſores referre in ſanctorum numerum? In primis apud ſanctum Bernardum extant quatuor epiſtolę, poſt vitam eius ab Alexãdro Tertio ſcriptæ, Anno 1164. Vna ad Prælatos Eccleſiæ Gallicanæ, Altera ad Ludouicum Regem Francorum, Tertia ad omnes Abbates Ordinis Ciſtercienſis, Quarta ad Abbatem, & Conuentum Monachorum Clareuallenſium. In quibus Pontifex docet, quomodo in Sanctorum numerum, ſanctum Bernardum Ciſtercienſis Ordinis, & inſtituti parentem, ipſe retulerit. Hæc Aſſorius. Ex quibus duo patent, primum eſt: ſanctum Bernardum

Schiſma in Eccleſia.

Aſſo. lib. 5. p. 2. c. 6.

nardum fuiſſe canonizatũ ab Alexandro Tertio. Anno 1164. Secundum eſt: primas Bullas datas pro canonizatione Sãctorum à Romanis Pontificibus, fuiſſe iſtas: cum de nullis alijs ante iſtas, conſtet in Regeſtris Romanę Curię. Ratio verò eſt; quia ante Alexandri Tertij Cõſtitutionem factam in Cõcilio Turonẽſi, hoc eodem Anno 1164. Epiſcopi in ſuis Dioceſibus canonizabant: vt ipſe D. Bernardus dixit adhuc viuens, & ad dub. 8. retulimus. **S.Ber.canonizatio.an. 1164.** **ad Dub. 1.**

Hoc notandum eſt, pro dubio 25. in quo Bullas canonizationis ſancti Epiſcopi Georgij, in Archiuio Sanctę Romanę Eccleſię perquirit Doctor iſte. Hæ igitur quatuor Epiſtolę ſunt ad calcem operum ſancti Bernardi: ex quibus nihil iuxtà propoſitum certamen colligitur, quod ſanctum noſtrum Georgiũ Epiſcopum ab altari deturbare poſſit, ſed potius ibidem permanere. Quid Gallia cum Calari? quæ vtriuſque Conuentio? Quid contemporaneum eſſe, vel non eſſe, ſanctum Bernardum cum ſancto Georgio habet? hoc etiam tempore, nos qui viuimus, contemporanei ſumus eorum, qui in Græcia viuunt. Ergo quid inde? Conficiat argumentum ex contemporanæitate iſta, & reſpondebimus illi. **Nota pro ſolut. dub. 25.**

Dubium XVI.

DEinde reliqui Sancti qui poſt hunc fuere canonizati, id non niſi per Romanos Pontifices eorum temporum factum eſt: vt accidit in ſancto Thoma Cantuarienſi, ſancto Dominico, & ſancto Franciſco: cuius rei fidem exhibent, & canonicam probationem eorum canonizationis Bullæ Pontificiæ. Ex hoc iam ſuppoſito, primum meum dubium exoritur, quod eſt. Qua ratione potuit Reuerendiſſ. Epiſcopus laſſo in venerationem, & cultum huius ſancti Epiſcopi Sardi præcipere, quod ad plenum retulimus.

Solutio ad XVII.

COnfeſſionem induit vir iſte quam optabamus, amictus lumine rationis, ac veritatis; ſcilicet, A ſancto Bernardo, & deinceps, nullum coli pro Sancto, niſi auctoritate Romani Pontificis, pro tali habeatur expreſſus. Ratio vero ſupra à nobis adducta fuit, nẽpè,
ad Dub. 11 quia Alexander Tertius, Anno 1164. Conſtitutionem illã prohibitionis edidit, & ſic, poſt Bernardum, omnes quotquot ſunt Canonizati, excepto ſancto Rocho Confeſſore, de quo non eſt hic noſtrum agere: à Romano ſolùm Põtifice pro talibus propoſiti ſunt. Et ex quibus ait Doctor iſte ſuum exoriri dubium, ex eiſdem finiri ſatius dixiſſet, & pacifice concedere, quod cum ante Alexandrum Tertium,

circiter

circiter quinquaginta annis, floruerit, & coli cęperit S. Epiſcopus Georgius; proptereaq. D. Archiepiſcopum laſſo in illius honorem potuiſſe facere quæ fecit, affirmamus.

Dubium XVII.

QVod vbi oſtenſum fuit doctiſſimo, & eruditiſſimo Domino Frãciſco Peña Hiſpano, Cauſarum Auditori in Romana Curia, qui adhuc viuit, hæc quæ ſequuntur reſpondit: Non potuit, nec debuit Epiſcopus erigere domum in Eccleſiam, pro colendo publicè, homine nondum canonizato, ſine auctoritate Romani Pontificis: & talis cultus venit reformandus omnino. Sed Archiepiſcopus loci deberet ſe informare de facto, vt de opportuno remedio prouideri poſſet. Hæc ille. Et ſanè manifeſtum eſt, eum id non dicturum fuiſſe, ſi per relationem conſtitiſſet.

Solutio ad XVII.

O Sancte Deus? Si hominis nondum canonizati relatione ſanctum Epiſcopũ Georgium donauit homo iſte, quid dicturum ſperabat doctiſſimum virum? reſponde dixerat ſapiens, ſtulto iuxtà ſtultitiam ſuam. Sed cum eidem doctiſſimo, ac pijſſimo viro Reuerendiſſ. Franciſco Peña, de veritate & ſanctitate huius ſancti conſtitit, audiamus quid dixerit. Cùm veneratio, quæ iſti Beato Georgio Epi- Prou. 16. D. Peña.

ſcopo Suellenſi exhibetur, ſit res antiqua; vt communi, ac frequenti Populo deuotione recepta; nihil circa eam rem innouare licet.
c.2.de reli. & Ven.SS. cap.2.de Reliq.& Venerat.Sanct.Ideo Populus fidelis ſuæ pietati, ac deuotioni erit relinquendus. Cæterum pij Præſulis cura erit, omnem adhibere diligentiam, vt omnis ſuperſtitio, & abuſus; ſi quis eſſe videbitur; aboleatur; Et inueſtigetur quantum fieri poteſt, vnde, & quomodo ille cultus habuerit initium; id tamen fiat ſecreto, ne Populus ſcandalizetur, aut pia eius deuotio tepeſcat. Hæc ille. Quę omnia digentiſſime compleuit pijſſimus
ad Dub.49 Paſtor Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Calaritanus, vt diffusè ad ſolutionem Dubij 49. videre licet. Quis in ijs nō putabit virum hunc voluiſſe detrahere Sancto, cum tot probationibus illum ab Altari deturbare conetur? opus
Pſal. 40. ſanè Canonico, Calaritanæ Eccleſiæ indignū hoc eſt, vt dicere poſſet Sanctus: Homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edit panem meum, magnificat ſuper me ſupplātationem. Quibus ſic ſtantibus; Dominus Archiepiſcopus commiſſarios cum Fiſco Menſæ Archiepiſcopalis, & Notario Apoſtolico, pro habenda veritate deſtinauit, vt videre licet in Epiſtola ab ipſo ad ſacram rituum Congregationē tranſmiſſa, quæ habetur ad Dub. 49. Sed cum vir
ad Dub.49. iſte audiuit hæc, & vidit; à Sardinia exi-

lijt;

lijt; pertimeſcens ſanè negotij huius euentum non ſibi fœliciter cedere; & vagus, ac profugus adhuc manet, homo, qui poſtquam eſt incraſſatus, recalcitrauit in Sanctorum cælebritatem iſtorum.

Dubium XVIII.

NEc parum auget hanc dubitandi rationem: eum videamus Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem Baronium, ſubtilem adeo, ac veracem hiſtoriographum rerum Eccleſiaſticarum, & præcipuè earum, quæ ad ſanctos ſpectant, vt apparet ex elaboratiſſimis annotationibus in Martyrologium Romanum recenter impreſſum, nullam facere mentionem, vt neque eam faciunt Martyrologium Romanum, neque aliquis alius huius ſancti Epiſcopi Sardi.

Solutio ad XVIII.

HOc arguendi modo vtuntur Manichei hæretici, Paradiſum voluptatis fuiſſe in Orbe negantes; neque eſſe locum corporalē, dicebant enim. Qui per totam aridam diuagati ſunt, & diligentiſſimè de finibus, & diſpoſitionibus omnium regionum, & locorum inquiſierunt; quique de ſingulis Regionibus, & locis totius orbis ſcripſerūt; de Paradiſo Terreſtri mentionem non fecerunt, Ergo Paradiſus Terreſtris dictus, non eſt locus realis in arida conſtitutus. Inſtar huius eſt argumentū

Hæreſis Manicheorū.

Baron. in Martyrol.

hominis iſtius. Cardinalis igitur pro ſimili ſimplicium hominum ignorantia diluenda, initio ſui Martyrologij ſic loquitur. Feſta de quibus, eo die fit officium, ſemper primo loco ponantur: quod etiam ſeruatur in feſtis mobilibus, & in Sanctis proprijs, Eccleſiarum particularium, in hoc Martyrologio non appoſitis: qui in ijs tantum locis, & Eccleſijs, vbi eorum memoria celebris habetur, legi poterunt. Hæc Baronius; Ex cuius verbis conſtat, aliquos eſſe Sanctos in Prouincijs, quorum agnitionem ipſe ignorauit. Quare non concludit, cum ait, Baronius non meminit, ergo non eſt Sanctus. Ideo enim in fine Kalendæ profertur, Et alibi aliorum plurimorum Sanctorum Martyrum, &c. Quia non omnes Sancti cõmemorantur in Martyrologio. Et inter cætera, hoc acutiſſimum argumentum pręſentauit homo iſte ad ſummum Eccleſiæ Paſtorem, vt de ſua ſingulari doctrina illi conſtaret, vel potius de illius amici conſulentis ſapientia.

Dubium XIX.

Cum præſertim, tàm Illuſtriſſimus Baronius, quàm Martyrologium meminerint cæteros ſanctos Sardos, qui longè antiquiores fuerunt hoc ſancto Epiſcopo Sardo: is enim ſi cum alijs conferatur, heri fuiſſe videtur. Quod non leue eſt argumentum, quod meminiſſet hunc.

Solutio

Solutio ad XIX.

SAnctiſſimi Gauini Martyris, Sardi natione ſtrenuiſſimi, non meminit Baronius, neque Martyrologium; ergo non meminit omnium Sanctorum Sardorum: vt in ſolutione ad ſequens dubium latiſſimè patebit.

Dubium XX.

SIquidem antiquiſſimi omnium martyrum natione Sardorum ſancti Gabini, videlicet, ante quem nullum conſtat Sardum martyrio coronatum: adeò ſpecialem fecit mentionem, vt inquirat diligentiſſimè, vtrū ſanctus iſtè Martyr Gabinus, ſit idem cum alio Gauino martyre, aut diſtinctus. Huius verò Sancti non meminit.

Solutio ad XX.

PRothomartyr Sardiniȩ, ſanctus Antiochus eſt: ante quem nullus martyrio ibi coronatus eſt. Sanctiſſimi autē martyres Gabinus & Chriſpolus, fuerint ne primi natione Sardi martyrio coronati, omnino incertum eſt. Nā ſancti Martyres Calaritani, Primus Fœlix Aemilius, & Lucianus diſcipuli fuerūt fidei prædicatæ à Sancto Antiocho, Anno Chriſti centeſimo vigeſimo quinto. Et mirandum eſſet, S. Antioch. I. martyr Sardiniæ.

Prim. Epiſ. in Topogr. 55. quod primum floruerint Chriſtiani Turribus quàm Calari: vbi primus Gabilonenſis Epiſcopus, hos natos, educatos, ac martyrio coronatos, deſcribit: in Topographia, verbo Calaris.

Nota Valde. Argumentum viri huius, qui ſe vnum ex doctoribus Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ gloriatur, videamus. Eſt in primis minus verũ, quod Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius, conferat Gabinum cum Gauino; vel quærat, vtrum Gabinus, & Gauinus ſint vnus, aut duo diſtincti Sancti Martyres. Et probatur, Ex ipſo Baronio, qui nuſquam nomen Gauini in toto ſuo Martyrologio meminit. Ait enim. Tertio Kal. Iunij Gabini, & Criſpoli, De quibus Beda, Vſuardus Ado, & alij recentiores; extant prædictorum acta, quæ in Eccleſia ipſorum leguntur. Porrò putatur, hæc eſſe dies tranſlationis. Nam dies Natalis agitur vigeſima quinta Octobris, mira celebritate; Vnde, & Sardi Menſem Octobris, Gabinum appellãt. Hæc Baronius. Ecce quod de ſolo Gabino, ſit hic ſermo; quem ait duas habere feſtiuitates, tranſlationis, ſcilicet, & diei Natalis; nulla Gauini facta mentione. Sed & alibi. ſic habet idem Baronius 8. Kal. Nouembris, Turribus in Sardinia, Proti Præsbyteri, & Ianuarij Diaconi. Vbi ergo eſt digentiſſima illa inquiſitio à viro iſto farraginata? obdormiuit equi-

Baron. in Martyrol. 3. Kal. Iunij

Idem viij. Kal. Nou.

dem

dem amicus in ijs. Reſpondemus nihilominus, ſanctiſſimum Gauinum martyrem Illuſtriſſimum natione Sardum, quem nec nominauit Baronius, octauo Kalēdas Nouembris, paſſum, cum ſocijs Glorioſiſſimis Proto preſbytero, & Ianuario Diacono; diſtinctum eſſe à Gabino; qui cum ſocio etiam Sardo Criſpolo, tertio Kal. Iunij Turribus paſſus fuit. Nota.

Reſpondemus item, quod nihil nocet ſancto noſtro Epiſcopo Georgio, Cardinalē non feciſſe de illo mentionem; propter rationes ſupra in ſolutione ad 18. ab ipſomet Baronio deſumptas. Quare hæc ratio inanis, & omni doctrina vacua remanet in conſpectu omnium legentium. Not. ad Dub. 18.

Dubium XXI.

Accedit, quod iſtè Sanctus non ſolum ſit maximè modernus inter eos qui à Sardis habentur, & coluntur velut Sancti; ſed etiam eo tempore vixit quo Sardinia non modo à Catholicis, ſed ab eiſdem etiam Inſulanis regebatur, nimirum, à quatuor Iudicibus, ſeu Regulis, qui in quatuor ipſius prouincijs dominabantur; Gubernante Calaritanam hoc tempore, Torgatorio.

Solutio ad XXI.

Eo ipſo, quo Hæc præſcripta dubia legi, percuſſi femur, dicens ſub pectore meo,

Sardus nè ſit à Progenitoribus iſte homo, cũ tria ex his ſint impoſſibilia illi: Accedamus, & nos, primum, ad maximè modernum ſanctum Epiſcopum Georgium. Quid enim nocet Sancto modernum eſſe? eſt ne hoc Philoſophi argumentum. Sanctus Rochus eſt maximè modernus inter eos qui à Gallis habẽtur, & coluntur vt Sancti, ergo non eſt Sanctus? Secundo; ſi floruit Torgatorij tempore; ſcilicet, circa Annum milleſimum centeſimum, à quo vſque nunc quingenti intercalati anni ſunt; quomodo eſt Sanctus maximè modernus? Tertio, ſi verè Sardus eſt, reſpõdeat. Nũquid impoſſibile fuit, floruiſſe Sanctum, inter catholicos Sardos; vel cum ab ipſis inſulanis Inſula ipſa gubernabatur, pręcipuè confeſſor, & Pontifex? nam ſi martyrem deſcripſiſſem, inter catholicos Sardos floruiſſe; forſan mẽs credere aufugiſſet; ſed confeſſor; quid ni? In quo quæſo conſiſtat hæc dubitatio nunciet nobis, ſi eſt ipſe, qui hæc loquitur, an alius pro illo non Sardus à progenitoribus.

Dubium XXII.

VT habetur in hiſtoria manuſcripta huius ſancti Epiſcopi Sardi.

Solutio

Solutio ad XXII.

RElatorem oportet eſſe memorem; dixit enim me temerè, & ex proprijs de Sācto loquutum fuiſſe, Et ſupra dub. 1. dixit. Vt au- Dub. 1.
ctor eſt frater Dimas Serpi in ſuis Chronicis, abſque eo quod exprimat à quonam fuerit petitum. Quoquomodo ergo nunc confitetur haberi hiſtoriam ſancti huius Epiſcopi Sardi: quem proprio fugit nomine vocare? Si hiſtoria habetur (vt verè habetur) ergo nō ex proprijs, & temere loquutus fui, ſed ipſam hiſtoriæ veritatem typis dedi? Quæ cum in Archiuio Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Calaritanæ reperiatur, & obſeruetur: vt vera, eſt ei adhibenda fides. Et hoc ſeruauit Cardinalis Card. Bar. in Annal. & Martyr.
Baronius in ſuo Martyrologio, Multa enim de Sāctis, iuxta ea, quæ in Archiuijs Eccleſiarum antiqua inuenit, ſcripſit; quod & nos iuxta hanc hiſtoriam fecimus circa Sanctos noſtros Sardos: quorum res bene geſtas, vitā, miracula, & glorioſiſſimā mortem typis dedimus. Ex quibus liquido patet; quod ea quæ Superiori 21. dubio attulit homo iſte veriſſi- Dub. 21.
ma ſunt; cum confiteatur ita haberi in hiſtoria huius ſancti Epiſcopi Sardi manuſcripta. Quæ cum antiquiſſima ſit; vt intuentium oculis apparet, & ſemper pro vera habita, & tra-

ditione ac conſuetudine illam prædicandi, ſit tot ſeculis corroborata; non deſtrui poterit, vnius viri temerè loquentis calumnia: cum nulli fundamento, ſed proprio innitatur marti.

Dubium XXIII.

VNnde maior futura fuiſſet memoria huius Sancti Epiſcopi, quàm cæterorum: ipſius videlicet, conceptionis natiuitatis Canonizationis, tanquam rei domeſticæ adeoq; honorifice. Videmus ſiquidem adeo vigere memoriam Templorum, Abbatiarum, & Caſtellorum, quæ ſub his Iudicibus extructa fuere, cum tamen nulla, vel nota, vel monumentum extet huius rei, qua nihil Illuſtrius accidere potuiſſet, non modo quadringentis ab hinc annis, ſed ab ipſo mundi exordio, vſque ad eiuſdem extremam periodũ: Glorioſè ſiquidem dicere potuiſſemus Sardi, quod haberemus, alterum ſiue Hieremiam, ſiue Ioannem Baptiſtam.

Solutio ad XXIII.

Nota Valde.

MEmoria illa conceptionis natiuitatis, & canonizationis, quam vir iſte huius Sancti exquirit, extat in hiſtoria, quam nuper cõfeſſus eſt haberi Cætera verò quæ ibi futili narratione deſcribit; riſu magno inter ſapientes nõ modo, ſed & inter Sutores digna ſunt. A ſeculo non eſt auditum, quod ſicut extant monimenta Templorum Abbatiarum, & Caſtellorum,

ſtellorum, & fundamenta ex Ruinis; ita etiam extarent monimenta, ſeu fundamenta conceptionis natiuitatis, & Canonizationis ſancti Epiſcopi Georgij. Nũquid conceptio, natiuitas, & canonizatio ex lapide, & calce confici poterunt, vt extent ſicut monumenta, ſeu fundamenta Templorum Abbatiarum, & Caſtellorum? probatur, quòd hoc petat. Monimentum, ſeu Monumentum, dicuntur tituli, hiſtoria, documenta, doctrina, libri carmina, ſepulcra, ſtatue, Phana, Porticus, cęteraq. huiuſmodi; ſed damus hiſtoriam, quam dubio 22. cõfitetur; ſub qua, tituli, documenta, doctrina, libri, & carmina compræhenduntur. Hac reiecta: petit dari monimentum inſtar templorũ Abbatiarum, & Caſtellorum, ſed hæc (vt videre eſt in Caſtello oppidi de Ardara, eiuſq; Eccleſia. Et Calari, in templo ſancti Saturnini, & Turribus ſancti Pancratij, & Elephantis, quæ adhuc extãt) & ex lapidibus, & calce cõfecta apparent, Ergo ad inſtar eorum, conceptionem natiuitatem, ac canonizationem ſancti perquirit. Fateor equidem frater, quod ſi hæc ita extarent, quod ab ipſo mundi exordio non feciſſet Deus taliter vlli nationi, ſicut Sardoę: tũc enim verè potuiſſemus, ac glorioſe dicere, nihil Illuſtrius: iuxta ſubiectam materiam; fuiſſe in mundo; ad quod viſendum cæteræ totius Orbis nationes venirent, vt cõ- Dub. 22.

ceptio-

ceptionem Natiuitatem, & canonizationem Sancti ex lapide confecta viderent: hoc enim maximè nouum fuiſſet ſuper terram. Simile enim monumentum apparet in Capitnlio huius Almę Vrbis, quod ſic habet S.P.Q.R. Monimenta marmorea Magiſtratuum Triũphorumq. ab Vrbe condita ad tempora Diui Auguſti, &c. Si huius inſtar petit ſibi dari monimentum, dicere poſſumus cu Horatio, O, Poęma ridiculum, cui vt ait Cicero ad Metellum, non mediocris eſt riſus conſequutus. Recipiat igitur hiſtoriam, quam confitetur Dub. 22. vir iſte, & hæc ſit, illi verum monimentũ, vt credat, ſanctum iſtum Epiſcopum Georgium, ſanctum eſſe; quamuis Torgatoris tempore vixerit, & ipſa Inſula ab Inſulanis ipſis Catholiciſq. Sardis regebatur: cum non impoſſibile ſit, imò rationabile maximè, inter catholicos Sardos, Sanctum floruiſſe admirabilis vitæ Sanctitate. Quod noſtrorum Parentum pietatem, ac fidei ſinceritatem, declarat, Cum inter eos Sanctus hic Pontifex tanta polluerit ſanctitate: quare ſi Sardus à Progenitoribus eſt, vt ait, ſinat dubitare, quod eo tempore quo Sardi ſe ipſos gubernabant, floruerit Sanctus iſte inter eos.

Hor. Epi. 2. Cice. lib. 5. ad Metellum.

Du-

Dubium XXIV.

DEnique accedit dubio primo, quod videamus ab Anno Milleſimo res Sardiniæ notatu digniores per annos ſingulos diligentiſſimè fuiſſe conſcriptas ab Auguſtino Iuſtiniano Paulo Interiano, Vberto foliet- ta. Hieronymo Curita, & alijs, ac poſtremò ab Epi- ſcopo Boſanen. lib. 1. nec tamen eorum aliquem, vel vllum alium alicuius nominis auctorem, cuius opera ſint typis mandata: meminiſſe, ſaltem Canonizationis huius ſancti Epiſcopi Suellen.

Solutio ad XXIV.

HOc quod Dubio primò accedit tàm futi- lis narrationis eſt, quod farraginatio po- tius vocari, quàm firma ratio eorum, quę pro- bare intēdit, poſſit. Quæ enim Cōuentio Chri ſti ad Martem, resq. in bello fortiter geſtas? ij omnes Auctores citati nihil ad pręſens faciũt negotium; cum eorum ſcopus ſit, non de ca- nonizatione Sanctorum, ſed de bellis in Sar- dinia geſtis, rebusq. memorabilibus in ea per petratis agere. Et ne nobis eiuſdem ignoran- tiæ tribuatur calumnia, loquamur de Augu- ſtino Iuſtiniano, primo loco citato. Hic enim loquens de Sardinia ſic habet, L'Anno Mille, & quindici, Genoueſi in compagnia de' Pi- ſani debellarono la Sardegna, & preuenne à

Aug. Iuſti. in Gen. lib. 1. fol. 26. p. 2.

loro

loro la preda con la perſona del Rè Muſato, Moro, il quale mandorono prigione in Alemagna all'Imperatore, &c. & Idem Iuſtinia-
lib.2. p.46. nus lib.2.fol.46.ſic loquitur. L'anno dunque de mille cento ſeſſantaquattro (in quò notandum eſt nullam mentionem facere de vita,
S.Geor.flo. ann. 1117. morte, & miraculis ſancti Epiſcopi Georgij qui anno 1117. floruit in Sardinia: cum illius ſcopus non ſit agere de Sanctis) Andarono à Roma Philippo di Giuſta, & Bonuaſallo Bulſero, in compagnia di Vgone Veſcouo di ſan-
Vgo Epiſc. S. Iuſtæ. ta Iuſta in Sardegna, Ambaſciatore di Bariſone Giudice, & Signore d'Arborea, Il quale dimandaua egli eſſer fatto Rè di tutta la Sardegna, & che teneria l'Iſola à nome dell'Imperio, & che pagaria quattromila marchi d'argento. Et l'Imperatore aſſenti à queſta dimanda, & richieſe à i Conſoli, & à gl'Ambaſciatori de' Piſani, che erano in Corte, che doueſſero andare cō gli ſuoi meſſi in Sardegna,
Iudex Bariſoni.in Arborea. & condurre il Giudice Bariſone in Corte per dargli la Corona. La qual propoſta diſpiacque a' Piſani, & ſi lamentauano dicēdo, che quello che ſua Maeſtà Ceſarea voleua fare, era contra l'honore della Città di Piſa. Et ſoggiūſero, che non era alcuno ſufficiente à condurre à Bariſone alla Corte, contra volontà de' Piſani. Et inteſa queſta riſpoſta, l'Imperatore fece chiamare l'Ambaſciatori de' Genoueſi

ueſi che erano, Baldizone vſudi mare, Corſo di Sigiſmondo, Buonuaſallo d'Antiochia, e Guillermo de Iordane, & propoſe à loro quanto hauea propoſto à i Piſani. Et reſpoſero gl'Ambaſciatori, che erano pronti di fare il ſuo volere, & baſtanti di eſſeguirlo, ancorche Piſani non voleſſero. Et ordinò l'Imperatore, che fuſſero armate alle ſue ſpeſe in Genoua Galere, & altri legni, per il paſſaggio del Giudice Bariſone. Et vennero in Genoua, quattro mandati dall'Imperatore, Il Conte Gauaro, Opizo Malaſpina, Oberto di Honelene, Borgonzone di S. Nazaro (& quibuſdam interpoſitis ad hiſtoriæ contextum ſpectantibus, proſequitur in hũc modum) Et nel ritorno loro di Sardegna, che fu il giorno della feſta di ſan Pietro, e ſan Paolo, andorno i Conſoli con i primi della Città alla Piaggia del Mare per riceuere honoratamente i Meſſi dell'Imperatore, & il Giudice Sardo, al quale era ſtata promeſſa la corona, che ſi dimandaua Bariſone; Perche l'Iſola ſtaua partita in quattro parti, & il Preſidente di ciaſcheduna era dimandato Giudice, & erano quattro. Il Calarenſe, Lugudorenſe, Gallurenſe, & Arborenſe. Et l'Imperatore ordinò che i Conſoli cõduceſſero à Bariſone à Pauia doue era la Corte, & andorno Lanfranco, Alberico, & Picamiglio, & con loro Guillermo

Conſuligium.

4. Tetrarchiæ in Sardinia.

de Oria,& Ionatta del Campo,& Guido Laudenſe Dottori in legge, & molti altri con loro,& furono riceuuti per più honorãza in arme dall'Imperatore honoreuolmente, & la corona con la quale ſi doueua incoronare il nuouo Rè,fu lauorata in Genoua, & cõ quella fu coronato Bariſone Rè di Sardegna, per opera degl'Ambaſciatori Genoueſi, il primo giorno del meſe d'Agoſto, in la Chieſa di ſan Syro de Pauia, per mano dell'Imperatore Federico con gran ſolennità. Et l'Imperatore per maggior honoranza, quella giornata vſci in publico con la corona in capo. Cætera videat ibi Ioannes amicus,&c. Et idem Auguſtinus Iuſtinianus, alia de bellis in Sardinia geſtis habet lib.6.fol.279.quæ Ioannes Tarchañiota ſexta mundi ætate fol.1077. confirmat, latiuſq. commemorat, & Marcus Guatzo in ſuæ hiſtoriæ libris folioq. 71. expræſſius clariuſq. præ cæteris cõſcribit. Ioann. Mariana lib. vigeſimo hiſtoriæ Hiſpaniæ cap. 4. in fine. Quorum verba ne longo ſermone moleſtus videar,omiſi,ſicut, & cæterorum citatorum auctorum, qui omnes de rebus in bello fortiter à Sardis geſtis,vel ad Regnum ſpectãtibus loquuti ſunt; Et quoniam conceptio natiuitas, & canonizatio ſancti Epiſcopi Georgij,non ferro,& gladio belligerando facta fuere, nec concrepantibus Bombis comparata;

Rex Bariſoni. coronatus.

Augu.Inſt. lib. 6. fol. 279. Anno. 1527. Ioan.Torc. 6.mũdi æt. fol.1077. Marc. Guazo. fol. 71. Ann.1527. Ioan.Mari. lib. 20. c.4. in fine.

ſeu

ſeu acquiſita: ſed neque clipeo, & lancea debellata; propterea auctores illi nihil de illis ſcripſerunt: ſed & ignoranter Epiſcopum Baſanenſem in teſtem adducit; nam ille vſque ad annum 756. de rebus Sardiniæ egit; cætera in ſecundum librum reijciens; quem morte præuentus typis nõ dedit; quomodo enim in ipſo lib. 1. ea quæ anno milleſimo centeſimo facta fuere, interſeruiſſe potuiſſet? Auctores ergo iſti nihil proficiunt contra ſanctum Epiſcopum Georgium, in vanum ergo laborauit, & dormiſſe potius quàm vigilaſſe in ijs dicendum erit.

Dubium XXV.

QVandoquidem ſi hæc extaret, prauium ac facile fuiſſet illis, eam reperire cum reliquis aliorum ſanctorum, tum martyrum tum Epiſcoporum, in regeſtris Romanæ Curiæ.

Solutio ad XXV.

VIr iſte inter bella, & ſeditiones Regnorum, Canonizationem vult intexere Sanctorum; cum dicit, illis auctoribus facile fuiſſe eam reperire ſi extaret, in Regeſtris Sãctæ Romanæ Eccleſiæ; quaſi illi quæ ſcripſerunt ab ipſis regeſtris acceperint; quæ quàm mi-

nus vera ſint, ſuperiori ſolutione demonſtrauimus: præſertim ad dub. 12. & latius in ſolutione ad Dubium 15. circa finem, cum ibi dixerimus cum Azzorio, Primas Bullas canonizationis fuiſſe eas, quas Alexander Tertius Papa dedit pro canonizatione ſancti Bernardi.

ad Dub. 12 15.

Nota Maloc.

Secundo reſpondeo, non opus eſſe in Regeſtris Sãctæ Romanæ Eccleſiæ inueniri actũ canonizationis ſancti Epiſcopi Georgij; imò dico, nullo modo ibi deſcriptum vnquã fuiſſe: quia canonizatus fuit ab Epiſcopo Clero, & Populo eo tempore quo talis illis conceſſa erat poteſtas; ſicut ſupra in ſolutione ad Dub. 12. ad 8. 15. eſt probatum. Et ſicut SS. Auguſtini, Hieronymi, Hilarij, Ambroſij, & aliorum quamplurium canonizatio non inuenitur in Regeſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, nihilominus tamen Sancti ſunt, ſic etiam inter eos Georgius Suellenſis Epiſcopus collocandus eſt Sanctus, cum à die obitus ſui cæperit coli, vt Sanctus.

ad Dub. 8. 12. 15.

Dubium XXVI.

VTpote actum ſolemniſſimum, ac per ſolum Romanum Pontificem celebratum, ad quem ſpectat, vt ex ſequentibus probationibus apparet.

Solutio

Solutio ad XXVI.

EX ſuperiori ſolutione pendet huius ẽt dubij ſolutio. Nam ſi ab Epiſcopo Clero, & Populo multi Sancti canonizati ſunt, & vt ait Illuſtriſſ. Cardinalis Bellarminus, plurimi Sancti ſunt, qui in tota Eccleſia coluntur, quos non canonizauit ſummus Pontifex; quomodo vera erunt verba illa abſolutè ſine temporum diſtinctione prolata; ſcilicet, quòd non ſit Sanctus, niſi ille qui à Romano Pontifice fuerit canonizatus? quid ergo faciemus de Hieronymo, Auguſtino, & alijs multis, qui à nullo Romano Pontifice canonizati fuerunt? Sed & quas promittit probationes ſuper hoc falſo fundamento ædificatas, proponat, ne tela fugere nos dicat, loquatur, quia audiemus, quantæ ſint ſuæ probationes doctrinæ.

Bell. lib. 1. de Beat. & can. SS. c. 8

Dubium XXVII.

PRima: quia ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat Sanctitatem alicuius hominis approbare, certificare, & manifeſtare, atque proponere venerationem illius toti Eccleſiæ, ad Sancti imitationem, & beneficia Dei per illius interceſſionem obtinenda.

Solutio ad XXVII.

c.1.de Rel. & ven. SS. Bell. lib. 1. de Beat. & can. SS. c. 8. S. Bern. in Epiſt. & ad dub. 12.

CErti Iuris eſt, ſolius eſſe Romani Pontificis Sanctos canonizare, eoſq. toti Eccleſiæ proponere colendos, ac venerandos, vt cap. 1. de Reliq. & Venc. Sanctorum. Sed aduertere licet, quod etiam hæc ſit vera. Plurimi Sancti ſunt, qui in tota Eccleſia coluntur, quos non canonizauit ſummus Pontifex. Et hæc etiam fuit vera ante Alexandri Tertij, conſtitutionem. Epiſcopus, cum ſuis Clericis, quantum ad ſuam Dioceſim pertinet, poteſt Sanctos canonizare. Dicet ergo vir iſte quomodo poſſunt omnes iſtæ propoſitiones eſſe veræ? nonne ſibi ipſis repugnant? Reſpondeo; rudibus ac ignorantibus repugnare videri, non autem doctis viris. Primum enim diſtinguenda ſunt tēpora, & ſic concordabuntur Iura: conſiderentur tempora, ante Alexandri Tertij conſtitutionem, ad dubium 8. adductam, & videbitur non repugnare. Secundo reſpondeo cum Azzorio Ieſuita percontāte. Quæritur, quomodo antiqui Patres fuerint inter Sanctos relati, cum à nullo Pōtifice Romano canonizati fuerint? Reſpondeo eos poſt felicem obitum cœpiſſe coli, & celebrari communi Epiſcoporum clericorum, & laicorum conſenſu. Acceſſit autem, vt credendum eſt;

Obiect. — Solut. — ad Dub. 8. — Azzo. 2. p. lib. 5. c. 6. — Not. Valde

Eccle-

Eccleſiæ Romanæ expreſſa, vel tacita quædã auctoritas, qua ipſis dies anniuerſarios feſtos, Clerus ex ſui Epiſcopi aſſenſu dicauit, Altaria erexit, Eccleſias, & templa conſtruere ipſorũ nomine, & laudes, ac diuina officia eis perſol uenda curauit. Denique; ſacrificia Miſſarum Deo offerre in ipſorum laudem, & honorem conſtituit. Hæc Azzorius. Ex quibus colligimus, hæc omnia duraſſe vſque ad conſtitutionem ab Alex. 3. Anno 1164. factam. Huic fauet ſententia Bellarmini Cardinalis, loco citato, vbi ait. Duobus modis potuiſſe Sanctos canonizari. Primo particulariter: ita vt in vna ſola Prouin. ſeu Dioceſi habeantur, vt Sancti. Secundo, generaliter; ita vt in tota Eccleſia habeantur pro Sanctis. Primo illo modo cõceſſum fuit Epiſcopis vſque ad Alexandrum Tertium, poſſe Sanctos in ſuis Dioceſibus canonizare; & ſic multi Sancti in vna ſola Prouincia coluntur vſque ad præſens, ex ijs qui ab Epiſcopis canonizati fuerunt: vt patet in noſtro ſancto Epiſcopo Georgio. Hæc doctrina eſt Thomæ Vualdenſis. lib. de Sacram. tit. 14. cap. 122. Sancti Cypriani lib. 2. epiſt. 6. Concilij Florẽtini. ſeſſ. 7. vbi dicitur, ſanctum Simeonem Methaphraſtem in Eccleſijs Græcorum pro ſancto Coli, ac venerari.

Duo modi canonizandi. Bell. vbi ſu.

Tho. Vual. lib. de Sac. tit. 14. cap. 122. S. Cypr. li. 2. Epiſt. 6. Concl. Flo. Seſſ. 7.

Secundo modo, ſcilicet; generaliter: ſolum Romani Pontifices canonizant. Nam Cano-

nizatus à Romano Pontifice,eo ipſo,toti proponitur Eccleſiæ colendus, venerandus, ac in numero Sanctorum habendus. Et maximè aduertendum eſt,ſummum Pontificē, Eccleſiamq. Catholicam Romanā, cuius caput ipſe eſt in Terris, Sanctos illos Canonizatos ab Epiſcopis in ſuis Diœceſibus,temporibus illis ante conſtitutionem Alexandri Tertij,pro ſanctis Coli, in vna quaque Prouincia, Reliquiasq. eorum in ſumma veneratione haberi ſtatuiſſe,vt patet in Sacro Concil. Trid. Seſſ. 25.vbi de ijs agitur:cuius decretum Illuſtriſſ. Cardinales Sacri Concilij expoſitores, ſic declarant. Si Reliquiæ ſunt antiquæ, habendæ ſunt in illa veneratione, in qua hactenus fuerunt. Si verò nouæ fuerint, Epiſcopus ſeruet hoc decretum,&c.Vnde factum eſt,quod bonæ memoriæ Dominus Antonius de Caſtillegio Archiepiſcopus Calaritanus,qui ſacri Canonis Conſtitutioni prædictæ Tridenti interfuit,nihil innouandum cenſuit circa venerationem huius ſancti Epiſcopi Georgij, imò in maiori veneratione,ac inter precioſiſſimas reliquias Sanctæ Metrop.Eccleſ.Calaritanæ, Mitrā huius Sancti obſeruari præcepit.Si igitur propter, quod vnūquodque tale, & illud magis.Si Mitra propter Georgium S.veneratur, multo magis ipſe S.Epiſc. Hæc igitur. Viri huius prima ratio, non illi ceſſit fæliciter.

Conc. Tri. Seſſ.25.

Du-

Dubium XXVIII.

SIcut enim ſolius Dei eſt hominē ſanctificare, iuxta illud Leuit.24. ego Dominus qui ſanctifico vos: ita ſolius Papæ Chriſti Vicarij eſt, hominum Sanctitatem approbare, & manifeſtare, totique Eccleſiæ proponere, & eorum venerationem præcipere, cum in Terris Papa ſit caput Eccleſiæ.

Solutio ad XXVIII.

DE poteſtate Papæ Chriſti Vicarij in Terris, idem ſentimus, quòd ſancta cõfitetur Eccleſia: ſed ad quid probatio hæc? quis hoc negat? diximus, & nos ſuperiori ſolutione certi Iuris eſſe ſolius Romani Pontificis eſſe, & fuiſſe, Sanctos canonizare. Ad aliud tendamus, quæ ad propoſitum ſpectant. **Papæ auctorit. credimus.**

Sed antequam vlterius procedamus, animaduertendum eſt, ſimilitudinem illam claudicare: nam ita ſolius Dei eſt hominem ſanctificare, & beatificare, quod nulli, etiam Angelorum ſupremo; poſſit beatificationem hominis committere neque permittere; quia anima in Angelo non quieſceret, ſed adhuc deſideraret Deum: Dicente Propheta, Satiabor cum apparuerit gloria tua Deus enim noſter, fruitio animæ ſolus eſt. Sed Papa poteſt **Nota Valde.** **Pſal. 16.**

poteſt committere, imò, & commiſit, ſeu permiſit, vt Doctores affirmant, quod Epiſcopi in ſuis Diœceſibus ſanctitatem hominis approbare poſſent: ergo non ita ſolius eſt Papæ hominis ſanctitatem approbare, ſicut ſolius eſt Dei hominẽ ſanctificare, ſeu beatificare. Dormiuit doctor, ne dicamus hæc ignoraſſe.

Dubium XXIX.

SEcunda ratio eſt, quia publica, atque exterior Sanctorum veneratio, eſt quædam fidei proteſtatio: ad illum igitur ſolum pertinet, ad quem ſpectat quæſtiones fidei terminare: ſed hæc ſpectat ad ſummum Pontificem ſolum: ad quem maiores, & difficiliores quæſtiones referuntur, Ioan. 21. Paſce oues meas, & Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, &c. Ideo in Concilio Apoſtolorum ad determinationem fidei congregatũ. ſanctus Petrus tanquam Papa dixit. Viri fratres ſcitis quoniã ab antiquis diebus Deus elegit in vobis per os meum audire gentes verba Euangelÿ, & credere. Vnde, & D. Hieron. ad Damaſum Papam; Hæc eſt fides Beatiſſime Pater, quam in Eccleſia Catholica didiſcimus, &c.

Solutio ad XXIX.

Ariſt. de reg. Princ. ARiſtoteles de Regimine Principum dixerat. Facta præterita certa documẽta dant futuris. Superior igitur ſolutio, huic etiam accommodare fas erit: quia tantum probat, ſolũ

Roma-

Romanos Pontifices poſſe Sanctos canonizare; quod nos conceſſimus. Verum amicitiæ gratia, audite priorem ſillogiſmum viri huius. Publica,& exterior veneratio, eſt quędam fidei proteſtatio, ſed fidei proteſtatio ad ſolum Papam ſpectat, ergo &c. Indocta ſanè minor argumenti eſt. nam omnes Chriſtiani Epiſcopi,Prædicatores, & Prælati, fidei proteſtationem faciunt,antequam ad dignitatem aſſumantur. Accipiat ergo aliud ſimile argumentum. Genuflectio in Eccleſia eſt quędam fidei proteſtatio, ſed fidei proteſtatio ad ſolũ Papam pertinet, ergo ſolius Papæ erit genuflectio in Eccleſia? huic pro ſua eruditione Doctoris ſatisfaciet. Loquitur ergo Chriſtus Lucæ 22. & Ioan.21. de rebus ad fidem concernentibus, & idem ait D. Petrus, idemq; ſanctus Hieronymus. Quam vanæ ſint viri probationes, neminem latet. Videte docti qualia vir iſte præſentauit ſummo omnium Eccleſiæ Doctori,Chriſti Ieſu Vicario,cui iſta de ſui iuditij infallibilis certitudine,notiſſima ſunt. De his latius infra.

ad Dub.27 — Not.Valde — Ioan.21. — Luc.22. — S. Hieron. — ad Dub.31

Dubium XXX.

T*Ertia hæc eſt vna de maioribus cauſis,quæ inter Chriſtianos proponi poteſt: ſecundum Gloſam in verbo, Sedis, in princip.cap.* 1. *de reliq.& venerat.*

Sanct.

Sanct.lib.6.ergo ad ſolum Papam, & ad eius ſanctam Sedem referenda eſt.cap. maiores de Baptiſmo.

Solutio ad XXX.

HOmo iſte in ijs quæ de fide ſunt, & ab omnibus Chriſti fidelibus confitentur, probandis, occupatur extra propoſitum. Dico iterum, quod ſolus Papa Sanctos Canonizare poteſt. Sed amico cõgratulantes eius audiamus argumentum. Canonizatio eſt vna de maioribus cauſis quæ inter Chriſtianos proponi poteſt, ergo ad ſolũ Papam ſpectat. Accipiat aliud. Baptiſmi collatio Sacramenti, eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poteſt, Imò, & prima, & ianua Sacramentorum omnium, ergo ad ſolum Papam ſpectat? huic etiam ſatisfaciet cum placuerit illi. Ratio enim propter, quam ſolus Papa canonizat, non eſt quia vna eſt de maioribus cauſis, quæ proponi poſſunt inter Chriſtianos, vt demonſtrauimus in baptiſmi collatione; ſed quia eſt Conſtitutio prohibens Epiſcopis, Sanctorum Canonizationem: quæ ſi non eſſet, canonizarent ſicut ante ſolebant.

Dubium XXXI.

QVarto etiam facit, quod ad ſolum Papam ſpectat dubia Scripturarum declarare cap. per venerabilem §. ration. qui filij ſunt legitimi, ergo à fortiori dubia ſanctitatis in vtero, præſertim cum ſit res omnino latens, & ſolum innoteſcens per reuelationem diuinam à Petri ſede approbatam: quia circa maiora, maius periculum vertitur cap. vbi periculum de electione in 6.

Solutio ad XXXI.

DOctor iſte omnia conglutinat in vnum; ſcilicet dubia ſcripturarum, canonizationis actũ, & ſanctitatem in vtero. Opportebit ergo eum qui liberè loquitur, noſtrum etiam audire ſermonem. Not. 1.

In primis propoſitio illa prima abſolutè ſumpta, falſiſſima, & non multum docta eſt: & probatur. Sancti lucifer Calaritanus Aug. Hierony. Hylar. Ambroſ. Damaſſe, & infiniti alij, loca Sacræ Scripturæ difficillima in lucem ediderunt; quæ tantæ auctoritatis, ac veritatis, nec non, & fidei ſunt; quod ſacrum Concilium Trident. in Spiritu ſancto congregatum Seſſione 4. Statuerit, illa ab omnibus Chriſti fidelibus prædicanda tenenda, proponenda populo, & vt catholica habenda fore Not. 2. Conc. Tri. Seſſ. 4.

decre-

decreuerit; nihilominus tamen nullus eorum expoſitorum Papa fuit: ergo non ſolius Papæ eſt, dubia Scripturæ loca declarare. Eſt autē propoſitio illa ſic intelligenda; ſcilicet, ſi inter Doctores oriretur dubium ſuper vero ſenſu ſacræ Scripturæ, cuius declaratio ad fidem ſpectaret, tunc recurrendum eſſe ad Papam, cuius eſt de vero, ac legitimo ſenſu iudicare ſcripturæ loci, &c.

Nota 3. Illud etiam à fortiori; potius ab infirmiori dicere debuiſſet; cum præſtet verus ſenſus loci Scripturæ de fide, quàm declaratio Sanctitatis in vtero. Et probatur. Illud eſt fortius: iuxta ſubiectam materiam: quod eſt vtilius, & magis neceſſarium ad ſalutem; ſed declaratio veri ſenſus loci ſcripturæ de fide, eſt vtilior, & magis neceſſaria ad ſalutem, quàm declaratio ſanctitatis alicuius in vtero: Ergo, &c. Maior probata eſt ex ſe; Minor patet ex eo, quòd tot Concilijs Generalibus eſt actum de declaratione ſæpe ſæpius loci ſacræ Scripturæ de fide habendi; vt nouiſſimè in Trident. ſeſſ. 5. declarando illud D. Pauli ad Roman. 5. In quo omnes peccauerunt, ait. Declarat tamen ſancta Synodus non eſſe ſuæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, Beatiſſimam, & Immaculatam Virginem Mariam, Dei Genitricem, &c. & ſeſſ. 6. expoſuit illud S. Ioan. Hūc

Conc. Tri. Seſſ. 6.

Rom. 5.

Seſſ. 6. 1. Ioan. 2.

poſuit

poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius,&c.vbi ait. Verum, & ſi ille pro peccatis noſtris mortuus eſt, non omnes tamen beneficium recipiunt, ſed ij duntaxat, quibus meritum paſſionis eius communicatur, &c. Quam expoſitionẽ,multo ante Concilium Tridentinum, in ipſis Patribus adinuenimus ſcriptam: quorum nullus Papa fuit. De ſanctificatione verò in vtero Matris, S. Ioſeph, Iacobi, Sampſonis, Pauli, Nicolai, Remigij, Aſelle, Georgijq. noſtri, aliorumq. hoc priuilegio, Dei miſericordia gaudentium, nihil in concilijs actum eſt;ſed in pia opinione, iuxtà eorundem hiſtoriam, prædicanda reliquit:vt infra latius in ſolutione ad dub.41. dicemus. Vidiſtis legẽtes deuotiſſimi,quàm extra propoſitam homo iſte in ijs quatuor rationibus progreſſus fuerit?nihilo minus in cæteris ædoctus erit. ad Dub. 41

Dubium XXXII.

QVinto ex incommodis,quæ aliàs ſequerentur. Nã niſi Iudicio Papæ Sancti proponerentur colendi, fieret vt Populus Chriſtianus ſæpæ erraret,& damnatos pro beatis coleret, vt accidit tempore ſancti Martini. Scribit enim Sulpitius, quod cum Populus quidam coleret hominem mortuum pro martyre, & Beato Marcino ſuſpecta eſſet religio illa, eò quod nihil certi canonicè à maioribus de Sancto illo exiſtimato accepiſſet, tandem oranti ſancto Martino apparuit

anima

anima eius, qui ibi colebatur, confitens ſe damnatam eſſe animam latronis cuiuſdam, qui ob ſcelera commiſſa, mortem ſubierat damnatus. Idem accidit tempore Alexandri Tertij, vt habetur in cap. audiuimus, de Reliq. & Venerat. Sanct. vbi reprehendit quoſdam, qui hominem in ebrietate occiſum venerabantur, vt Sanctum.

Solutio ad XXXII.

Iſai. 21. Viſionem duram nunciauit nobis, qui incredulus eſt, & ſanè nō pie agit, quia nul-
Eccli. 13. lam nocendi rationem reliquit, & ad omne caput viæ poſuit ſignum, vt Sanctum ab Altari eliminare poſſit, latronis, ebrij confiſus exēplo. Quæ communicatio homini Sancto ad Canem? cum latrone, & Ebrio Diaboli Canibus, & ad tartara damnatis, ſanctum Epiſcopū Georgium æquiparare non eſt confuſus Ioannes iſte?

Nota. Huic igitur quintæ emulationi reſpondentes dicimus, primū, eſſe cōtra Philoſophi doctrinā, ex poſſibili propoſitione, inferre velle conſequentiam de facto. Secundo ex ſuiſmet verbis ipſi ſuæ emulationi reſpondetur. Nam ſi propterea Religio & cultus latroni exhibita, erant ſancto Martino ſuſpecta, quia nihil Canonicè, certiq. nihil à maioribus de Sancto illo exiſtimato acceperat; nobis non ita de Sancto noſtro accidit; eſt namq. hiſtoria

à Pau-

à Paulo pijſſimo viro conſcripta. Eſt officium proprium, antiquis temporibus ſolitum illi celebrari. Sunt Eccleſiæ quamplurimę ſub eius nomine, & titulo dicatę: Sunt Altaria, & Imagines illius: Sunt miracula, tàm in vita, quàm poſt mortem facta à Deo per interceſſionem ipſius. Eſt eius Mitra inter reliquias venerata, in Calaritano Populo, multisq; illuſtrata miraculis, vt ad dub. 3. & 49. apertè videri poterit. Quę omnia indubiam certitudinem eius ſanctitatis reddunt, omnemq. ſuſpicionem comparandi illum cum latrone, & ebrio, ſanę mentis hominibus adimunt, Vult ne ſanctum dare canibus, & precioſam margaritam mittere inter porcos Ioannes iſte?

ad §. 5.

ad §. 4.

Dub. 49.

Dubium XXXIII.

ET quamuis ad Epiſcopum: Clero, & Populo aſſiſtente: alicuius Sancti canonizati pertineat feſtiuitatem indicere; non tamen vniuerſaliter, nec illum canonizare; & idem in decret. cap. 1. & cap. cum ex eo de reliq. & vener. Sanct. & in cap. vener. de teſtibus prohibetur, ne aliquis abſque auctoritate Romanæ Eccleſiæ pro ſancto colatur: publico ſcilicet cultu. Priuato autem licet colere Sanctos nondum canonizatos, vt docet idem Bellarminus de Beat. & Can. SS. c. 10. & Innocen. eod. tit. de Reliq. Nō negamus quin liceat praces alicui defuncto, quem quis credebat optimum virum, & nunc eſſe cum Chriſto, licet non canonizato, porrigere, &c.

Solutio ad XXXIII.

ad Dub. 12. 30. PRimæ viri huius Teuthologię ſępæ ſatisfecimus, multis in locis vt ad dub. 12.30. probauimusq. nunc non licere Epiſcopis canonizare Sanctos; licuiſſe tamen ante Alexandrum Tertium, qui prohibitionis dectetum edidit. De cæteris verò non canonizatis, non eſt in præſentiarum nobis quæſtio: quibus, & vota facere priuatè, eos inuocare, ipſis pro beneficijs acceptis tabellas appendere circa ſepulcrũ: vt beneficia Dei per illorũ interceſſionem accepta, manifeſtentur in nobis, poſſumus. Hæc Theologi ſine diſcrimine affirmant, præſertim Azzor. par. 2. lib. 5. Inſtitut. Moral. cap. 6. Azzor. 2. p. lib. 5. c. 6.

Dubium XXXIV.

ET ſic, non licet vllo modo pro Sanctis non dum canonizatis, vel pro talibus habitis ab Eccleſia Sancta Catholica, erigere templa & altaria: & multo minus, miſſas in eorum honorem, vocato Populo ad ſonũ campanæ celebrare: cum ij, & ſimiles cultus ex ſui natura publici ſint, & conſequenter, ſolum Sanctis canonizatis, vel pro talibus habitis ab vniuerſali Eccleſia, deferri debent. Non ergo potuit Reuerendiſſ. Epiſcopus Iaſſo: cum nec conſtet ipſum fuiſſe canonizatum, nec haberi pro tali ab vniuerſali Eccleſia: quæ vt dictũ eſt, multis ante hunc Sanctum Prælatum ſæculis, pro-

pter grauia inconuenientia: nulli vel Eccleſiæ, vel Epiſcopo particulari, id permiſit: prædictum templum erigere in Domo illa propbana, & reliquam ſolemnitatẽ, atque cultum inſtituere, non conſulto Pontifice Romano: contra Eccleſiæ, ſacrorumq. Canonum determinationem, nec non communem Patrum, Sanctorumq. Doctorum doctrinam.

Solutio ad XXXIV.

MOleſtiſſimus Vir iſte eſt, cum toties: vt falſa proponat: quaſi nos ſutores, vel pecudũ paſtores exiſtimet. Neſcio quo auſu coram ſummo omniũ doctiſſimo Pontifice, hæc pręſentare auſus fuit; probauimus namq. Sanctũ hunc canonizatũ fuiſſe; præceſſiſſeq. conſtitutionem prohibitionis factę, ab Alexãdro Tertio, vt ad Dub. 12. 15. §. 4. 5. 6. Minus etiã verè, loquitur, cum abſolutè dicit, ſolum canonizatis ab vniuerſali Eccleſia, vel pro talibus habitis, deberi honor, & cultus. Nam multi Sãcti ſunt in priuatis Prouincijs, quos neque Papa canonizauit, neque vniuerſæ Eccleſiæ ſunt noti: qui tamen venerantur, & coluntur, vt Sãcti. Vt Baronius in Martyrol. Sed nõ bene agit vir iſte contra honorem, doctrinã, pietatem, zelum, & ſapientiam Illuſtriſſ. Domini Archiepiſcopi Laſſo; cum dicat, illum feciſſe contra Eccleſiæ ſacrorumq. Canonum determinationem. Et forſan animus, alicu-

ad Dub. 8. 12. 15. & 49 & ad §. 4. 5

Bar. in Mar.

F 2 ius

ius ad credendum ei accedere potuiſſet, ſi de eius doctrina, tam in ſcholis, quàm in Euangelij prędicatione, omnibus non cōſtitiſſet. Sed nō mirandū quod qui Sanctis gloriā, Pręlatis adimere voluiſſet honorem, eoſque de ignorantia arguere. Potuit ergo D. Archiepiſcopus erigere templum illud, vt in ſolu. ad dub. 1. 5. 12. 15. 16. 27. 49. & ad §. 4. 5. 6. 7. 8. 9. diffuſe probatur. Sed neque opus fuit Archiepiſcopo noua conſultatione ſummi Pontificis, ad prędictam Eccleſiam denuo erigendam: cum alię quamplurimę, etiam Parochiales, eidem ſancto Epiſcopo Georgio, ſint circiter quingētis retrò annis cōſtructæ: ſufficit enim, vt aliæ ædificatæ iam ſint, & vt ſanctus colatur, ille cui Eccleſia ædificatur. Vide ad dub. hic ſupra citatū, & à §. 4. vſque ad 9. & in proceſſu ad ſacram rituum, congregationem trāſmiſſo. In quo expreſsè contra viri huius prætextum, in laudem, & ſapientiam Domini Alphonſi laſſo, quondam Archiepiſcopi Calaritani, accuſatio iſta cedit. Quare, & potuit quæ fecit, & aliam in honorem ſancti Georgij Epiſcopi Suellen. erigere Eccleſiam, abſque noua ſummi Pontificis conſultatione: qua opus eſſe, affirmaſſe, parum docti hominis doctrina eſt. Videatur Latius, ante 1. dub. in fine.

ad Dub. 1. vſque ad 9

Ad §. 4. vſque ad 9.

In proceſſu.

Ante dub. 1. in fine.

Dubium XXXV.

Nec poteſt dici Sanctum hunc Epiſcopum, ex his fuiſſe, qui ante tempora Alexandri Tertij: quibus in Sanctorum canonizationibus, non riguroſe procedebatur; tanquam ſancti colebantur. Siquidem ex collatione temporum, quàm ſupra fecimus, conſtat, multis deinde ſæculis vixiſſe.

Solutio ad XXXV.

Deus non proijciet ſimplicem, ait Iob, nec porriget manum malignis: Ecce virum qui ait: dub. 39. à Leone Tertio, prohibitum fuiſſe Epiſcopis, nè canonizarent in ſuis Diæceſibus; nunc agnoſcens falſitatem dicti, dicit, non præceſſiſſe ſanctum iſtum Alexandri Tertij tempora: in quibus non ſeruabatur rigor in canonizando. Quare, vt conſtet de veritate, quam defendimus, ſciendum eſt; In hiſtoria huius Sancti haberi, quod obierit anno 1117. die 23. Aprilis. Hoc idem affirmat Doctor Ioannes Arca in lib. 3. de Sanctis Sardiniæ. Platina autem Sabellius, Illeſcas, Giaconius, & alij affirmant, Alexandrum Tertiũ, electum fuiſſe anno 1160. vixiſſeq. in Pontificatu vſque ad annum 1171. præceſſit igitur ſanctus Georgius, Alexandrum Tertium, prohibentem, ne deinceps Epiſcopi canonizarent. Et cum hiſtoria dicat, ſanctum hunc

Iob. 8.

Obijt. ſanctus Geor. An. 1117.

Ioan. Arca lib. 3. de SS. Sardin.

Platina Giacon. in vita Alex. 3. PP.

Epiſcopum à die obitus cępiſſe coli, ac venerari: remanebit concluſum contra virum hũc, cum & ipſe nunc dicat ante Alexãdrum Tertium, non proceſſiſſe riguroſè in Canonizando; concedens in hoc, quod adhuc Epiſcopi in ſuis Dioceſibus canonizabant, eius temporis Sanctos. Et cum in dub. 61. vir iſte confiteatur ſanctum Epiſcopum Georgium floruiſſe,
Dub. 61. anno 1117. quod hic nos ex hiſtoria probamus; quomodo nunc dicit non floruiſſe ante Alexandri Tertij tẽpora? Audite quantæ memoriæ ſit vir iſte; vel quàm ſapiens hiſtoriam; quòd, cõceſſo anno quo mortuus eſt Sãctus, dicat, non præceſſiſſe Alexandrum Tertium. Sed & ex ſequenti dubio magis eius doctrina eluceſcet.

Dubium XXXVI.

ET quamuis verum ſit, ante hunc ſanctum Epiſcopum, in Eccleſia primitiua non adeo obſeruatum fuiſſe hunc in canonizando rigorem: id ideo fiebat; quia ij qui tunc pro Sanctis colebantur, & adorabantur; vt plurimum, erant Martyres: in quibus non adeò cernitur hoc errandi periculum: quemadmodum in Confeſſoribus. Vt ex Hoſtienſi notauimus.

Solutio ad XXXVI.

Iob. 6. OPtimè quidem dixerat Iob amicis ſuis. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum è vobis nullũ ſit, qui poſſit arguere me?

ad

ad increpandum tantum eloquia concinnatis,& in ventum verba profertis: ſuper pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Si ante hunc ſanctum Epiſcopum non procedebatur in Eccleſia rigoroſe in canonizando, quare in illum rigoroſe procedit homo iſte,& nimis rigida purgatione canonica illum donat? Sanè amici hominis domeſtici eius, hoc eſt. Sed vt veritatem percipiat, audiat nos. Minus verè homo iſte citauit Hoſtienſem, ne dicam falsè; qui eo loco ſic loquitur. Et hoc intelligas de Confeſſoribus. De Martyribus autem non fit tanta examinatio,ſed quæritur tantum de miraculis,& cauſa propter quam paſſi ſunt. Hæc Hoſtienſis, & nihil de cauſa illa errandi, quam temere iſte illi impingit. Innocentius vnà cum Hoſtienſi in cap. Audiuimus,eodem tit. Aſſerit,inquiri, An fuerit inſignis, & excellentis Sanctitatis? An laborès multos,& iuſtos ſuſtinuerit patienter? An fuerit moribus caſtus, & ſtrenuus? c. Miramur d. 66. & potiſſimum, an fuerit ſimplex, & humilis? cap. ex ſtudijs, & preſumptioni. An charitatis affectu perſequutiones pertulerit? cap. Omnis. 7. q. 1. Inquiritur etiã de fama eius ad Populum. An apud Populum habeatur pro beato, qui in cæleſti patria vita perfrui æterna credatur? An magno pietatis affectu Populus eum fuerit proſequutus? quã

Hoſt. lib. 3. de reliq. & Ven. SS. Argum. de cõſec. d. 4. Cathe. & cap. Bapt. Azzor. 2. p. lib. 5. c. 6.

Inno. & Hõſtien. in c. audiuimus

c. Miram. c. Ex ſtudi c. omnis.

Gloſſ. c. 1. c. Miramur d. 66.

frequẽter Populus eius ſepulcrum viſitare ſoleat; eius opem, & patrocinium apud Deum implorando, & multa offerendo, & tabellas gratiarum per eum à Deo obtentarum, indies appendendo. Inquiritur etiam de miraculis, tàm in vita, quàm poſt mortem factis. Si verò quis martyrum numero ſit aſcribendus, inquiritur de miraculis ab eo patratis, & de cauſa paſſionis eius. An fuerit pro Fide, Religione, Lege Dei, vel pro virtute occiſus? Hæc inter alios, Azzorius, ex Hoſtienſi affirmat. Vbi ergo minus, aut maius errandi periculũ in Confeſſoribus, quàm in martyribus adinuenit homo iſte? Ad vitam enim Confeſſoris legitimè, & Canonicè probatam, ſicut etiam ad Martyrium legitimè probatum: nullum errandi periculum accedere poteſt. Cauſa igitur illa de non ſeruato rigore, in canonizando adducta, ex proprio marte conficta eſt. Vera autem, & totalis cauſa iſta eſt: Quia nullum adhuc prohibitionis decretum editum fuit, vſque ad Alexandrum Tertium: cum autem acceſſit prohibitio; nullus deinceps Epiſcopus in ſuis Dioceſibus canonizauit: vt ſupra diximus diffusè. Quia conſtitutio nõ præterita, ſed futura reſpicit. Vt habetur in decretis. Non igitur potuit Conſtitutio facta ab Alexandro Tertio, compræhendere ſanctum iſtum Georgium Epiſcopum; quia ea

cap. Ex ſtudijs. c. omnis. 7. q. 2.

ad Dub. 8. 12. 15.

1. p. dec. c. 2

ætate

ætate iam ab Epiſcopo Clero & Populo, canonizatus fuerat; & Eccleſia ſub eius titulo iuxtà eandem cathedralem ædificata erat: in qua eius venerabile corpus condiderunt: & quotidie multis floret apud habitatores miraculis, cum ad eum confluentibus, Voti cauſa, pro accipiendis, vel acceptis iam beneficijs.

Dubium XXXVII.

His adde, quod tunc præ magno feruore fidei, & vicinitate paſſionis, et effuſi ſanguinis Chriſti Domini, & Redemptoris noſtri, miracula, & virtutis opera adeò certa erant, vt non poſſent tergiuerſatione aliqua celari; nouiſſimis verò temporibus, imminuto feruore fidei, & multorum charitate frigeſcente, rarò vera miracula cernuntur, quæ verè ſanctitatis ſint indicia. Sicut apparentia fallatiarum, atque doli peruerſorum hominum, ac deluſorum.

Solutio ad XXXVII.

HAec viri huius circumloquutio de valore ſanguinis, ac paſſionis Chriſti, ſecundũ diuerſitatẽ temporũ: non multũ pia mihi probatur, ne dicam imperitè prolata: quia Chriſti ſanguinis, lõginquitate temporũ, nõ minuitur: neque diuturnitate, vileſcit; neque vetuſtate,

mar-

marceſcit, neque prolixitate corrumpitur:cũ
1.Pet.c.1. de illo dicat abſolutè Apoſtolus Petrus. Redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione, precioſo ſanguine agni immaculati Chriſti.In cuius virtute, vſque ad finem mũdi duratura,
Mar.vlt. ipſemet Chriſtus dicit. In nomine meo dęmonia eijcient, lignis loquentur nouis,ſerpẽtes tollent: Quaſi dicat.In valore, ſeu virtute ſanguinis mei, hæc omnia euenient. Hæc enim, & vicinitate paſſionis Chriſti operabatur ſanguis iſte, & nunc operatur quotidie. Nonne longinquior vltra centum annos,fuit Beatiſſimus Pater Franciſcus à paſſione Chriſti, quàm Beatus Georgius? & per conſequẽs, magis imminutus erat feruor fidei, & refrigerata charitas? nihilominus, miſericors Deus, tunc magis ac magis effuſi filij ſanguinis valorem demonſtrauit. Audiamus quid eo tempore operatus ſit Dominus per merita ſanguinis filij ſui Ieſu Chriſti Domini noſtri:teſtante
Leo Papa X.In Bulla Vnionis. ſanctiſſimo Leone huius nominis Papa X. Ad hanc vineam excolendam, primo mane,orto iam ſole, miſit ipſe Pater familias Angelum il-
Apoc.7. lum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, Beatum Franciſcum, qui comitantibus miræ ſanctitatis viris, prima vitis huius iecère fundamenta,&c. Apparuit nam-
Nota. que Angelus iſte Franciſcus,inſignitus characteribus Ieſu Chriſti;cuius miſterium per vniuerſam

uerſam

uerſam ſic decantatur Eccleſiam. Omnipotēs ſempiterne Deus, qui frigeſcente mundo, ad inflammandum corda noſtra, in corpore bea tiſſimi Patris noſtri Franciſci, Paſſionis tuæ ſacra ſtigmata renouaſti, &c. Ecce ergo quid fa cit Deus per merita ſanguinis dilecti filij ſui, quando imminutus eſt feruor fidei, & refrigerata charitas multorum. Quidam ſimillibus non multum pijs, ne dicam ridiculoſis rationibus, ſancti Auguſtini tempore, contra miracula à ſanctis Dei ſeruis operata, inſurrexerunt; aduerſus quos ſanctus Auguſtinus, ad eorum redarguendam impietatem, cathalogum contexuit: Heu miſeri nos, ſi eius ſanguis, refrigeſcentibus nobis, refrigeſceret ipſe. Sed quid opus eſt alia probatione, quàm eorum quæ tempore eiuſdem effuſi ſanguinis, & paſſionis Chriſti facta ſunt? Nonne imminutiſſimus erat feruor fidei, & refrigeratiſſima charitas in ijs, qui eum crucifigebant? Sed audi quid ſanctus Auguſtinus dicat. Compuncti corde conuerſi ſunt, & tanti ſanguinis tàm impiè, & crudeliter fuſi, indulgentiam perceperunt, ipſo redempti ſanguine, quem fuderunt. Et ſic nemo eſt, vt ait: S. Leo Papa; Dilectiſſimi, cui per conditionem temporis Societas huius gloriæ denegetur; & ſicut totius eſt tem poris crucem ferre, ſic etiam totius erit temporis, Paſſionem, & ſanguinem Chriſti Domini per

Stigmata S. Franciſ.

S. Aug. lib. 2. de Ciuit.

S. Aug. tra. 92. in Ioan.

S. Leo. ſer. 9. de paſſ. dom.

ni per miſericordiæ, ac miraculorum opera in mundo lucere; cum de illo ſcriptum ſit, abſque temporum longinquitate, vel vicinitate, Paſſionis; Misereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: diſſimulas peccata hominum, propter pœnitentiā; Quia tu es Dominus Deus noſter.

Sap. 11.

Eſt denique ſanguis, & Paſſio Chriſti tantæ miſericordiæ circa labentes nos, quod qui eramus longè, ait Apoſtolus, facti ſumus propè in ſanguine eius: & cum fides ſit nutrienda miraculis, vt ait ſanctus Gregorius: cū nunquam deſit fides nutrienda in Eccleſia Catholica, ſic nunquam vſque ad finem mundi deerunt vera miracula: etſi longiſſimi ſimus à Paſſione Chriſti Domini. Et non rarò fiunt, ſed ſæpæ ſæpius elucent in Sancta Catholica Eccleſia Romana. Ex quibus concludimus, miracula operata à Deo per interceſſionem ſancti Epiſcopi Georgij, etſi longinqua à Paſſione Chriſti; fuiſſe tamen vera miracula, vt patet in ſolutione ad Dub. 3. 49. & à §. 4. vſque ad 9. & in proceſſu ad ſacram rituum congregationem tranſmiſſo, per totum.

ad Ephe. 2.

S. Gre. Ho. 29. in Mar.

ad Dub. 3. 39. & §. 4. vſque 9.

Dubium

Dubium XXXVIII.

ET hinc fit, vt ſola miracula non ſufficiant ad hoc, vt quis habeatur, & colatur, vt ſanctus: tum propter præfatam rationem, tum etiam: quia ea etiam miracula, quæ vera ſunt, non conuincunt ſanctitatem illius, qui ea operatur; quia per malos quandoquè fiunt miracula. Vt Saul qui prophetauit: & Matth. 7. Multi dicent mihi in die illa, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? Simon verò Magus ex arte magica illa faciebat. faciunt ad hæc Tex. in cap. Multi, & in cap. Teneamus. Et in cap. Prophetauit. 1. q. 1. Felyn. poſt Abb. in cap. Vene. de teſtib. in princ. Troil. Maluet. in tract. de Cononizatione ſanct. Auguſt. Triumph. in Sum. de poteſt. Eccleſ.

Solutio ad XXXVIII.

VEnerabilis Beda ſic habet; ſuper illa verba, in Beelzebub Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia. Quæ negare nequiuerant, ſiniſtra interpretatione peruertere laborabant. Ecce virum, qui cum negare non poſſit miracula ſancti Epiſcopi Georgij; quia vera ſunt: ait, non ideo ſufficere, vt colatur, & habeatur, vt Sanctus; quia per malos quandoque etiam fiunt miracula. Et adducit in teſtem, Saulem prophetantem, quaſi prophetizare, inter miracula ipſa com-

Bed. ſu. Lu. c. 11. lib. 4. c. 48.

1. Reg. 19.

computetur. Et Simonem Magum, quaſi miracula feciſſet (cum dicat Apoſtolus Petrus; Attendebant aut eum, propter quod multo tempore magijs ſuis dementaſſet eos) quaſi magiæ opera: quę dementationes ſunt: inter miracula cōſcribantur. Si hęc miracula ſunt; intret Aſina Balaam etiam, faciēs cum illis miracula. Non enim miracula Sancti noſtri ijs ſimilia ſunt. Concedimus ſola miracula non ſufficere ad ſanctitatem hominis declarandā: & ideo ſanctum noſtrum Georgiū omni ſanctitatis ſplendore floruiſſe, & hiſtoria approbat, & miracula vera: quæ vſque in præſens ipſe facit, confirmāt. Nō ſanè pij hominis eſt, cum Saule, & Simone mago æquiparare voluiſſe Sanctum, cuius tot Eccleſiæ, & imagines extant, cultum, & veneratio habentur.

Act. 8. Num. ad §. 4.

Dubium XXXIX.

ET propter has, multasq. alias rationes, Pontifices ſummi diuino afflati ſpiritu: etiam ante ſanctum Leonem Papam Tertium: ſibi omninò ſeruauerunt hunc actum canonizandi; qui maxime intereſt ad Eccleſiæ Sanctæ gubernationem.

Solutio ad XXXIX.

TVnc veloci proderit ingenio concurriſſe (ait D. Fulgentius) ſi tendentis animus ad veri-

S. Fulgen. lib. 1.

veritatem greſſus, nullo prauitatis errore teneatur. Non ſatis ſibi conſtat homo iſte: oblitus ſanè eſt, quòd Dub. 12. dixerit, ſaltem à Leonis Tertij tempore ſolũ Rom. Pont. &c. Et Dub. 35. dixerit, ante Alexandri Tertij tempora, non ſolitum fuiſſe procedi in canonizatione Sanctorum rigorosè: & nunc dicit, Pontifices ſummos, ante ſanctum Leonem Tertiũ, ſibi omnino reſeruaſſe Sanctorum canonizationem. Sed ſicut in primo contra rei veritatem eſt loquutus; ſic, & in ſecundo, & tertio. Quarè, ſi eſt Conſtitutio omnino prohibens Epiſcopis canonizationem Sanctorum, edita à Leone Tertio, vel ab alio aliquo ante illum Pontifice, cur non protulit? Sed cum nulla ſit, in ventum eloquia mittit.

Ad Traſmundũ Regem.

Dub. 12. 35

Dubium XL.

Cvm verò non conſtet de Canonizatione huius ſancti Epiſcopi Sardi, qui eis etiam temporibus clauditur, quibus Pontifices ſummi eam ſibi omnino aſſumpſerunt, ijs actibus annumerantes, qui ad ſupremum Eccleſiæ Sanctæ Magiſtrum, atque caput ſpectant; videtur mihi præſens dubium ſtare, & ſuam vim adhuc ſeruare: Iam libet ad ſecundum accedere, de ſanctificatione Infantis in vtero.

Solutio ad XL.

EX ijs, quæ hactenus diximus, conſtat de Canonizatione huius S. Epiſcopi Georgij

gij quem nominare vir iſte nō audet, proprio nomine, & in ſolutione à dub. 3. vſque ad 39. 49. Ex quibus colligimus: ſanctum Epiſcopum Georgium conſtare eſſe canonizatum, apertiſſimè, & manifeſtè. Et hoc negare, iuxtà D. Thomæ. ſancti Antonini, Caietaniq. ſententiam: quos ſequitur Mag. Bañes, idem eſt, ac negaſſe Sanctum iſtum ritè canonizatum, nō eſſe colendum, & venerandum vt Sanctum. Quod temeritatis, ac ſcandali, & vt plurimũ, ſcandali errorem ſapere eſt. Videat ergo vir iſte hoc dubium quomodo ſtare poterit, vimquè expoſitam poſſe ſeruare; cum in ſuperioribus probauerimus, ſanctũ iſtum Epiſcopum Georgium præceſſiſſe tempora prohibitionis factæ ab Alexandro Tertio? Semper vir iſte trophæum ſibi promittit, quia veri ſolutionẽ ignorat. Quod proprium hominis parum ſapientis eſt; in ijs præſertim de quibus agimus. Ignoſcat Deus homini cõſiliatori, & ſocio hoc facienti cum illo: qui multorum votis, iuxtà loquutionis terminum, ſic dignoſcitur, quomodo coagulatores Caſei in ipſa Sardiniæ Inſula, per eam, quam Piſqueddam vocãt, agnoſcuntur: habet enim vnaquæque ſignum, quo à cæteris ſegregatur: neque ſaluari poterit, quin agnoſcatur.

à Dub. 3. vſque 39.

S. Tho. 2. 2. q. 1. art. 10. Bañ. ibidẽ con. 2. dub. 7. s. Aug. Caiet. ibidem ſup. ad du. 12. 14. 15.

Nota. Denique; ad ſolutionem huius primi dubij dicimus, nihil firmum eſſe nihil verum, nihil

ſecun-

ſecundum doctrinam; & multa extra propoſitum gratis, ac timere adducta: ſicuti ſuis locis demonſtrata remanent. Et quia ad ſecundum certamen inuitamur, ſpero infęliciter illi omnia, ſicuti in primo ſuccedere: quia Sanctus eſt, quem defendimus.

Dubium Secundum. Et in ordine. XLI.

AD ſecundam, ergo dubitationem veniamus, quæ maiorem ingerit difficultatem, quippe rei ſingularis in Eccleſia Dei; quæ velut celeberrima, prædicatur de Hieremia, & de Domini Noſtri Ieſu Chriſti Præcurſore, in menſe ſexto ab illius conceptione, quod de nullo alio quantumuis Sancto, & miraculis claro poteſt affirmari, ſine peculiari Dei reuelatione, ab eadem Eccleſia approbata. Et hinc fit, vt Beatus Bernardus in Sermone quodam de excellentia, & ſanctitate Præcurſoris, hæc dicat. Neminem vnquam mortalium ſanctificatum legimus inter materia viſcera, præter Hieremiam, & Ioannem Baptiſtam, nullam alterius faciens mentionem, de quo id cum aliquo fundamento, & ſacrorum Voluminum, teſtimonio affirmare potuiſſet: vt de Iacob, Sampſone, & de Beato Paulo.

Solutio ad XLI.

HAec ſecunda dubitatio, infirmior ęquidē prima eſt. Ecce virùm doctorem (vt ait) qui vera in citatis dicit, & eorundem ignorantia laborare fingit, vel nos eadem ferire contendit. Quis enim ignorat ſanctificationem Hieremiæ, & Ioannis Baptiſtæ intra materna viſcera, haberi in ſcripturis? vel quis negat de nullo alio ita apertè, in eiſdem Scripturis ſacris legi ſanctificationem in vtero, ſicut de illis, Vt in teſtem adducat ſanctum Bernardũ? Totum concedimus, ſed quid inde? Dicet: Ergo non poteſt ſanctificatio in vtero, affirmari de ſancto Epiſcopo Georgio Suellenſi, ſicut de Ioanne, & Hieremia? concedo totum: quia de Ioanne, & Hieremia affirmatur de Fide Catholica: cum in ſcripturis ſic habeatur, & de ſancto Epiſcopo non affirmatur de fide, ſed de pietate fidei; ſuppoſita veritate hiſtoriæ, à Paulo pijſſimo viro illius ætatis conſcriptæ; eo ſcilicet, modo, quò de pluribus alijs eadē gaudentes prærogatiua ſanctitatis in vtero, ſcribitur: prædicatur in Eccleſijs, typiſq. datur, affirmaturq. à Sanctis, & Doctoribus. Eſt primus Ioſeph ſanctus virginis ſponſus, quem ſanctificatum in vtero affirmant Ioan. Gerſon de coniugio Virginis. S. Iſidorus, & S. Yrenæus, ſuper factis, & prærogatiuis ſponſi Virginis:

Sanctus Io. Bap. & Hiere. Sanctificati in vtero ſunt.

Quæ ĩ Scripturis Sacris ſunt; de fide ſunt.

Paulus vir pius, hiſt. S. Georg. conſcripſit.

Io. Gerſon 4. p. SS. Yren. & Iſid. de prærog. S. Ioſ.

ginis: & alij multi Doctores, & Sancti, idem tenent. Eſt ſecundus, ſanctus Iacobus minor, quem ſanctificatum in vtero affirmant, Egeſippus lib. 5. comment. Euſeb. Cæſarien. lib. 5. cap. 23. S. Simeon Metaphraſtes, in Commentarijs R. P. Truxillo in Sermone huius Apoſtoli: Petrus Epiſcopus Equilinus, in eius vita: & Cathalogo Sanctorum; & alij multi. Eſt tertio ſancta Aſella, de quà ſãctus Hieronymus, referente Cardinali Baronio; affirmat ſanctificatam in vtero Matris. De ſancto Epiſcopo Nicolao, & ſancto Remigio, non deſunt aliqui, qui ſanctificatos in vtero teneant. Ecce igitur multos ſanctificatos intra materna viſcera, & ita prædicatos in Eccleſia: de quibus in Scripturis Sacris, nulla talis eſt mentio. Ratio autem quare, etſi in Scripturis ſacris, eorum ſanctificatio non habeatur, prædicari poſſit, hæc eſt; Quia non ſolum ea, quæ de fide ſunt prædicãtur, vel ea ſolùm, quæ in Scripturis ſacris habentur, affirmantur, & Populo proponuntur in Eccleſia Dei: ſed etiã quæ de pietate fidei ſunt: veluti pœnitentiæ, diſciplinæ, ieiunia eleuationes, orationes, ſanctæ conuerſationes, cæteraq. Sanctorum præclara opera, miracula, reuelationes, & prærogatiuæ, quibus in eorum hiſtorijs narratur fuiſſe à Deo illuſtratos; quæ neque de fide ſunt; neque in ſacris Scripturis leguntur. Et hoc ideo

Egeſip. lib. 5. comm. Euſeb. lib. 5. c. 23. S. Si. Metaph. in cõment. P. Aequili. in catalog. SS. P. Truxil. in ſerm. illius. S. Hiero. & Bar. in mar.

Ex Concil. Trid. Seſſ. 25.

S.Greg.lib. 2. Mor.c.1.

facimus,ſicut ait ſanctus Gregorius: quia cum Sanctorum geſta narramus, ad imitationem corda prouocantur infirmorum. Dumq. illorum facta commemoramus, cõtra vitiorum prœlia debilia noſtra confirmantur, fitq. exẽplo illorum, vt minus inter certamina trepidemus, cum ante nos poſitos tot virorum triumphos videmus. Eſtq. doctrina hæc a Spiritu ſancto edocta, & in ſacro Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Purgatorio, & de veneratione Sanctorum, ac reliquiarum; approbata, commendata, multumq. laudata. Qnid ergo dubitat homo iſte in prædicatione ſanctificationis in vtero, ſancti Epiſcopi Georgij Suellen. quãuis in Scripturis ſacris non habeatur? Sed, & quod petat ad credendum ſacrorum voluminum teſtimonium; non bene redolet, cum abſolutè loquatur. Cauilloſa enim argumentandi ratio hæreticorũ hæc eſt, vt tradit Thomas Vualdẽſis lib. 2. de antiquitate fidei cap. 19. contra Luterum, de captiuitate Babilonica. Et in Commentarijs Deuteronomij cap. 4. & ſup. epiſt. ad Galat. cap. 10. & alij complures, quos refert Canus, de tradit. Apoſt. cap. 10. quia in eo fuerunt errore peruerſi homines, vt illud falſum putarent, cuius ſacra Scriptura non extaret. Vnde colligebant, traditiones Apoſtolicas abijciendas eſſe, quarum nulla inueniretur, ſacra Canonica ſcriptu-

Conc. Tri. Seſſ. 25.

Not. valde.

Tho. Vual. lib. 2. de antiq. fidei. cap. 19.
Et ſup. c. 4. Deut.
Et ſup. Ep. ad Galat. cap. 10.
Canus cap. 10. de tradit. Apoſt.

ra. Et Doctor Franciſcus Suarez in 3.p.Diui Thomæ q.27. art.2.diſp.3. Dogma hæreticũ eſſe affirmat, ſolum credere ea quæ in ſacris voluminibus ſunt conſcripta. Multa ergo creduntur,& prædicãtur quæ de fide ſunt: etiam ſi in ſacris voluminibus non ſint conſcripta; multa etiam prædicantur quæ de fide non ſunt, quæ tamen in ſacris voluminibus non habentur expreſſa. Suar. in 3. p.S.Tho.q. 17. artic.2. diſp.3.

Ex hoc notabili colligere licet, quod ſicut traditiones Apoſtolicæ quæ de fide ſunt creduntur, & prædicantur, eo quod à primis fidei magiſtris, edoctis ab ipſo Chriſto Domino, habeantur; ſic etiam traditiones pias quæ non aduerſantur fidei, neque bonis moribus; emanantes a maioribus noſtris Chriſtiano zelo,& fide pollentes; non eſſe abijciendas, ſed amplectendas, & de pietate fidei eſſe credendas,& prædicandas. Propterea enim, Moiſes dixit: Interroga Patrem tuum,& annunciabit tibi, maiores tuos,& dicent tibi. Et Ioel: Super hoc filijs veſtris narrate, & filij veſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteræ. Et Eccleſiaſticus ait: Non te prætereat narratio patrum tuorum; ipſi enim a maioribus ſuis didiſcerunt. Et Iob c.8.dicitur: Interroga generationem priſtinam,& diligenter inueſtiga Patrum memoriam. Quam nos inueſtigantes, hanc de S. noſtro Georgio Epiſcopo Suellẽſi Nota, quantum valeat traditio. Deut.32. Ioel. 1. Eccl.7. Iob 8.

glorioſe adinuenimus,quam hic deſcribimus.
1.p.decr. d.12. Et,vt decret.1.p.dicitur: Ridiculum eſſet, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones quas a Patribus antiquitus accepimus,infringi pateremur. Si tantæ auctoritatis eſt traditio, & inter Sardos Regni incolas; ſit de ſanctificatione intra materna viſcera ſancti Georgij Epiſcopi,talis; quare infringi ab homine peregrino, ſua imaginaria opinione inuoluto, patiemur? Nonne abominabile nobis dedecus eſſet hoc pati? Præſertim Sardi a progenitoribus, quibus ſemper incubuit ſaluti Patriæ, totiusq. Regni vtilitati inuigilare? Sed audite lectores, quam antiquiſſimum hoc ſit.
Sabel.Enyda 8. fol. 202. Calaritanorū Legati. Sabellicus Enyda 8. ſic habet. Gerardo Comiti Romæ exiſtenti, affuerunt confeſtim Caluguritanorum Legati ex Sardinia, quærentes pacem tertio ante anno cum Ambulaco Sarracenorum Rege conſtitutam,eſſe ſibi,& vniuerſæ Inſulæ Calamitoſam; præſertim Ambulaco defuncto: quo inhumanis agente,pax ſatis fida fuiſſet. Cæterum, eo iam ſublato, omnia mutata, nulla ſuis rebus taxamentum dari a Sarracenorū latrocinio; neque vnquam ab iniuria ceſſaturos, niſi armis,vt ſępe antea ipſi fecerunt, illi arcerentur. Rex igitur Sardorum querelis permotus, iuſſit bellum Sarracenis indici, &c. Si igitur Sardi pro temporalibus totius Inſulæ conſeruandis,bellum indixe-

dixerunt inimicis; Quid pro defendendis ſanctis ſuis? Quid pro traditionibus pijs maiorum ſuorum conſeruandis facere ſperabat vir iſte? Non aliter oportebat, quam Romam etiam mittere Legatos ad Cõmitem ſummum, vniuerſæq. Eccleſiæ ſanctæ ſupremum Iudicem, qui eorum querelis permotus, & rei veritate comperta, traditiones noſtras pias, Dei noſtri omnipotentiam manifeſtantes, infringi non pateretur. Et hæc de traditione.

Eſt etiam inter nos Calaritanos conſuetudo ab immemorabili tempore, ſimul cum ipſa traditione, obſeruata, quæ maximæ auctoritatis etiam eſt, vt decret. 1.p.d.11. dicitur: Inuiolabilis conſuetudo eſt, quæ nec humanis legibus, nec ſacris Canonibus obuiare mõſtratur. Nunquid habetur in quouis vtriuſque Iuris decreto, quod non potuerit Deus alios ſanctificaſſe in vtero præter Ioannem, & Hieremiam, qui in Scripturis habentur ſacris? Si hoc ſtatutum eſt, ergo carpendi omnes illi Sancti, & Doctores ſunt, qui illos ſupra adductos ſanctificatos affirmant intra materna viſcera? Si ergo non eſt decretũ, Dei omnipotentiam claudens, tanquam in vtre: maneat inuiolabilis conſuetudo noſtra, prędicandi ſanctificationem in vtero ſancti Epiſcopi Georgij. Vnde dicitur in decret. In ijs rebus de quibus nihil certi ſtatuit diuina Scri-

Nota quid valeat conſuetudo.

1.p. decr. d.11.

1.p. decret. d.11.

ptura, mos Populi Dei, & inſtituta maiorum, pro lege, tenenda ſunt. Et S. Gregorius ad Epiſcopos Numidiæ ait. Immota maneat cõſuetudo, quæ contra Fidem Catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. Vnde ſi ſanctificatio ſancti Epiſcopi Georgij aliquid contra fidem habet: idem dicere oportebit de ſupra enumeratis Sanctis. Quare decretorum dicto ſtare oportebit: ſcilicet, quod cum de horum omnium ſanctificatione: nempe, Ioſeph, Iacobi, Remigij, Aſellæ, & Georgij noſtri, Sacra Scriptura nihil dixerit certi: quod mos Populi Dei, & inſtituta maiorũ obſeruentur.

S.Greg.l.p. decr. d.12.

Quamuis noſtri non ſit propoſiti, Iacob, & Sampſonem defendere; admonemus tamen hominẽ iſtum, nè cum ijs fortiſſimis viris bellum iniat; quorum primus, ab Angelo ſuperari non potuit; ſecundus verò, Leonem dilacerauit, & Aſini maxilla viros mille Pliliſtinorum interemit: caueat ergo nè obuij illi fiant, quia prærogatiuam ſanctificationis, in vtero abſtulit. Quid ergo dabit premij Doctor iſte, ſi ad probãdam, quam Apoſtoli prærogatiuam impugnat, grauiſſimos producam in defenſionem Auctores, Sanctoſq. Patres, ac Doctores, Paulum intra materna viſcera ſanctificatum proclamantes? Eſt in primis S. Hieronymus, qui locum D. Pauli ad Galat. 1. cum illo Hier. 1. ſcilicet, Dominus ab vtero

Nota de Iacob, & Sãpſone. Gen. c. 32. Iudic. c. 15.

Paulus Sanctificatus in vtero.

S.Hier.ſup. 1.c. Hiere.

voca-

vocauit me, æquiparare videtur, vbi Paulus ad Galatas ſic ait: Gratias ei qui me ſegregauit ab vtero: Eſt ſecundo ſanctus Yrenæus eiuſdem ſententiæ lib. 5. referente Suarez in 3.par.D.Thom.Eſt tertio ſanctus Bernardus, Epiſt. 174. Eſt quarto, ſanctus Auguſtinus Epiſt. 57. Eſt quinto Anaſtaſius Nicenus, in quæſtionibus Sacræ Scripturæ to. 6. Bibliot. ſanct.q.59.tùm alij multi magnæ auctoritatis viri, non modo non improbant, verum etiam probabilem eſſe ſanctificationem Pauli Apoſtoli in vtero Matris affirmant; quibus aſſociari noluit Doctor iſte; vt impugnata tanti Apoſtoli prærogatiua, ſancti etiam Georgij Epiſcopi Suellenſis, deſtructa remanſiſſet intra materna viſcera ſanctificatio. Poſſumus equidèm dicere huic vigilantiſſimo viro, vnũ quæris, & multos occidis, vel illud Ezechielis: Ventus vrens omnia exicans.

Galat. c. 1. S. Yrenæus lib. 6. Suar. in 3. par. S. Th. S. Bern. Ep. 174. S. Aug. Ep. 57 Anaſt. Nicæn. in qq. Sac. Script. to. 6. bibli. SS. q. 59.

Matth. c. 1. Ezech. c. 3.

Dubium XLII.

ET ſanè certum omnino eſt, quod ſi ſancti Epiſcopi huius ſanctificatio in vtero extitiſſet in ea forma, quæ requiritur, ad hoc, vt affirmari poſſit: vtique ipſius meminiſſet, ſanctus Bernardus, huius rei non ignarus: vtpotè contemporanei eiuſdem. Vterque enim ab anno Milleſimo centeſimo floruit, & Anno Milleſimo centeſimo quinquageſimo nono, in Sanctorum Album relatus fuit ſanctus Bernardus, per Alexandrum huius nomine tertium Papam.

Solu-

Solutio ad XLII.

IN qua forma extiterit ſanctificatio ſancti Georgij Epiſcopi, poſſitq. affirmari, ſuperiori proxima ſolutione, diffusè tractauimus, iuxta veritatem Hiſtoriæ. Ad rationem illam adeò facilem, reſpondemus, nihil concludere. Quia nō Iurauit Dominus Deus nihil operaturum in Sardinia (præſertim Calari) quin illud reuelaſſet ſancto Bernardo exiſtenti in Gallia? Hoc argumentandi modo vſus fuit Ruffinus Schiſmaticus, contra ſancti Ambroſij opera, vt in ſcolijs lib. Diui Hieronymi, de ſcript. Eccleſ. habetur, ait enim. Hieronymus contemporaneus Ambroſij, cum multos alios ſuperſtites inter Scriptores, & Viros illuſtres poſuit, non meminit Ambroſiū: Ideo, quia de illius ſcriptis non breuè ſenſit: Hæc ibi. Quod quam falſum, quàmque impium ſit affirmaſſe; apertiſſimè patet: cum ſcripta ſancti Ambroſij tàm vtilia, ac accepta ab Eccleſia ſint. Secundo dicimus, non omnes Sanctos contemporaneos ſe nouiſſe interſe: Nam ſanctiſſimi Patriarchæ Franciſcus, & Dominicus multo tempore Deo ſeruientes erant, ſed in eorum hiſtoria ſic habetur; Cum antea ſe non nouiſſent; orantes, & conſalutantes, ſe in Lateranenſi Eccleſia, amplexati ſunt, &c.

Ruff. cōtra S. Amb. lib. In Schol. S. Hie. de ſcripto. Eccl.

Sanctiſſ. Patriar. Frāc. & Dominici Hiſtor.

Non

Non igitur oportuit ſanctum Bernardum, ſanctificationis huius Sancti cōſcium fuiſſe. Quia non conciliarius Dei fuit. Neque quia contemporaneus, ideo; vt ait, non ignarus huius rei fuit: imò ignariſſimus omnium prerogatiuarum Sancti huius. Sicut, & aliorum multorum, qui ſuo tempore in diuerſis mundi partibus floruerunt.

Ad vltimam partem, reſpondemus: virum iſtum nimis licentiosè, ac ex proprijs loqui, circa canonizationis tempus ſancti Bernardi Abbatis, cuius rei falſitatem diffusè ſupra ad ſolut. ad Dub. 15. probauimus. Non enim cànonizatus fuit Anno MCLIX. Sed Anno MCLXIV. Nota. Sup. ad du. 15.

Dubium XLIII.

ET tum ob id, tum etiam quia adeò inſignis prærogatiua, quæ de lege nulli conceditur; non conceſſa fuiſſet, à Deo vt celaretur, ſed vt toti Eccleſiæ manifeſtaretur, ad eiuſdem augmentum, & ædificationem: iuxta illud Lucæ 1. Super omnia Montana Iudæ diuulgabantur omnia verba hæc, vt poſuerunt omnes in corde ſuo dicentes, quis putas puer iſte erit? &c.

Solutio ad XLIII.

ILlud tum ob id, ſatis ſuperque demonſtrauimus inane, & vacuum. Ad ſecundum veniamus.

niamus. Homo iſte non legit, qui ſcrutator eſt Maieſtatis opprimetur à gloria: & incomRom. 11. præhenſibilia iudicia ſunt eius, & inueſtigabiles viæ eius: quibus implicatus Apoſtolus, de duobus illis fratribus hiſtoriam contexuit ad Romanos dicens. Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau au-

Matt. 11. tem odio habui. Et ipſe Chriſtus Dominus ad patrem ait. Quoniam ſic placitum fuit ante te. Perquirat ergo ab eo, qui fecit, quare Paulum, Iacobum Apoſtolum, Ioſephum ſpõſum Virginis, Remigium, Aſellam, Nicolaum, & Georgium noſtrum intra materna viſcera ſanctificauerit? Nos enim quare hoc ita fecerit iudicare non poſſumus, quia ſolus ipſe nouit,

Eccl. c.3. qui fecit. Vnde Eccleſiaſtici 13. dicitur. In pluribus operibus eius, ne fueris curioſus; non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis· plura enim ſuper ſen-

Sap. c.9. ſum hominum oſtenſa ſunt tibi: Et Sap. 9. dicitur. Senſum autem tuum quis ſciet Deus, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum

Eccl. c. ſanctum tuum de altiſſimis? Et Eccleſiaſtes ait. Intellexi, quod omnium operum Dei, nullam poſſit homo inuenire rationem: Sed &

Iob. c.5. & cap. 9. ſanctus Iob ait. Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia, abſque numero: quis ergo dicere ei poterit, cur ita facis? Solus igitur Ioannes iſte rationem expoſcit, cur Deus ſanctifica-

ctificauerit Epiſcopum Georgiũ in vtero Matris. Sanè audet, quod nullus, etiam prædictorum, atque Sanctorum auſus eſt, perquirere.

Sed primam huius viri rationẽ videamus. Si illius ſanctificatio tantum eſt prædicanda, & affirmanda, de qua dicitur; ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur, &c. Ergo Hieremiæ ſanctificatio, de qua illa verba non ſunt ſcripta, non erit prædicanda, & affirmanda. Et pari ratione, neque ſanctificatio Virginis Dei Genitricis Mariæ (loquimur nunc iuxta Diui Thomæ ſententiam.) Eſt affirmanda, cum de illa non ſcribatur, ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, &c. Quid ad hoc reſpondebit? Tertio animaduertiſſe debuiſſet homo iſte; qui manum miſit in meſſem alienam: ex communi Sanctorum Patrum, & Doctorum hominum ſentẽtia, & præſertim Cardinalis Toleti, duos eſſe modos reuelationis. Quædam ſunt reuelationes à Deo factæ toti Eccleſię, ad augmentum, & conſeruationem eiuſdem; qualia ſunt, quæ per Scripturas Sacras perhibentur, ſeu per Apoſtolicas traditiones, Concilia generalia, & Pontificum ſummorum determinationes: quarum aſſenſus, Fides Catholica eſt. Aliæ verò ſunt reuelationes ab ipſomet Deo factæ ſingularibus perſonis (ſcilicet Sanctis, & amicis ſuis) quas per hiſtorias, traditiones

Nota.

Doctorum ſen. de duobus modis reuelationum. Tol. in ſum. lib. 4. c. 1.

Nota Valde.

monu-

monumenta,& titulos habemus. Quæ etſi nō ſint de Fide Catholica, ſicut priores illæ: ſtultiſſimũ equidem eſſet, ac temerarij hominis, ſuo ſolo marte innixi, illas negare, velleq; illas priores reuelationes, ijs ſecundis æquiparare, vel ex illis iſtas inferre, hominis parum Philoſophi Doctrinam ſapientis eſt. Ex quibus inferimus: ſanctificationes Hieremiæ, & Ioannis Baptiſtæ eſſe ſub illo primo prædicādas cæterorum autem, ſub iſto ſecundo modo, eſſe intelligendas. Scilicet, vt ex hiſtoria vniuſcuiuſque percipitur. Cæteris igitur ſuo loco relictis,de noſtro ſancto Epiſcopo Georgio, ſic habet eius antiquiſſima manu ſcripta hiſtoria, à Paulo quodam,pijſſimo illius temporis Viro. Et vt conſtaret, quàm ſibi carus futurus eſſet Georgius: per Angelum ſuum rē Deus patefecit Græcæ honeſtiſſimę fœminæ, dicens illi. Scias viuentiam famulam tuam filium ſuſcepturam, qui nomine, Georgius vocabitur: miro Sanctitatis ſplendore, rebuſque pręclare geſtis apud Dominum exornabitur. In vtero Matris ſanctificabitur; & erit ſaluti patrię,&c. Similiter de Remigio legitur. quare, ediſcat,& quieto animo ſit,neque velit dubitare homo iſte,de modo affirmandi ſanctificationem ſancti huius in vtero: neque curioſè inquirere. Quare nō toti Eccleſię reuelauerit Dñs. Vel ſaltem ſibi, hęc curioſe inueſtiganti.

Hiſt. ſancti Geor. quis auctor fuerit.

Du-

Dubium XLIV.

ET Doctor Franciſcus Suarez confirmans idipſum Beati Bernardi, ait: Hoc priuilegium ad alios extendere, præter hos duos, vt alij extendunt: ſine probabilitate, & fundamento dici.

Solutio ad XLIV.

LActantius Firmianus lib. 1. Diuinarum inſtitutionũ, inter alia, ſic ait. Nullus eſt animæ ſuauior cibus, quàm cognitio veritatis. Hanc in ijs minimè habuit vir iſte, ſed ſicut ſanctum Bernardum loquentem non intellexit, ſic in præſentiarum Doctorem Suarez nõ percipit; qui eandem ſententiam cum ſancto Bernardo tenens: affirmat, de nullo alio ita apertè in Sacris literis legi ſanctificatum, prę-ter Ioannem, & Hieremiam. Et addit, ſine probabilitate, & fundamento, aliquos ex eiſdem Sacris litteris affirmaſſe, Paulum Iacob, & Sampſonẽ fuiſſe ſanctificatos in vtero. Hic eſt enim ſenſus verborũ Suarez, & ſancti Bernardi: non autem quem homo iſte, ſuo marte confinxit, nobiſq. propoſuit. Sed quid ex hoc contra ſanctificationem ſancti Epiſcopi Georgij? nunquid nos in Scripturis Sacris haberi, vel ex eis deduci contendimus; ſicut ij, quos Lact. lib. 1. Diui. inſtit.

ait:

ait: Suarez; De S. Paulo, Iacob, & Sampſone, probare voluiſſe.

Dubium LXV.

PRæterea, de altero iſtorum, nempe de Hieremia, dicit idem Suarez, non obſtante, tàm aperto teſtimonio Sacræ Scripturæ, Hieremiæ cap. 1. Antequam exires de Vulua ſanctificaui te, verius eſt, ac ferè certum fuiſſe ſanctificatum in vtero. In quo ſunt digna notatu verba illa, & ferè certum. Siquidem, poſt tam apertum teſtimonium, quod omnem videtur abigere dubitationis vmbram; ſapientiſſimus iſte Doctor in hæc verba prorupit. Et ferè certũ; vt doceat nos, quanta animaduerſione vtendum nobis eſſe in ijs, quæ non aſſolet Deus facere de lege ordinaria, vel cum ſuis amicis, & maximè familiaribus, &c. Et Abulenſis Epiſcopus, de Hieremiæ ſanctificatione loquens, Iudic. 18. dicit eſſe ſolum opinionem, aut problema.

Solutio ad XLV.

IAm Hieremiam liberare oportebit, à manibus viri huius, cuius ſanctificationem in vtero in dubiũ vertit: vt facilius ſancti Georgij noſtri, ſanctificatio ab hominum memoria euellat. Cui deferenda ſunt primæ veritatis teſtimonia; Suarez, & Abulenſi, An ſanctis Patribus, & Doctoribus? Quicquid ergo ipſe cum illis in dubiũ vertat, eſt Doctor Angelicus Thomas, qui ita certiſſimè tenet Hie-

S.Tho. 3.p. 27.q.art.2.

remiam,

remiam, & Ioannem fuiſſe intra materna viſcera ſanctificatos, quod ab ipſis ſumat efficax argumentum ad probãdam ſanctificationem, Virginis, in vtero matris, quod eſt tale. Priuilegium gratiæ, & ſanctitatis ad maiorem puritatem, & gratiæ excellentiam pertinens, quod quibuſdam hominum conceſſum eſt: Non eſt negatum Beatiſſimæ Virgini: Sed ſanctificari in vtero, Hieremiæ, & Ioanni Baptiſtæ conceſſum eſt: vt patet Hier. 1. & Luc. 1. Ergo &c. Sanctus Bonauẽtura Doctor ſeraphicus, idem affirmat. Ricardus idem tenet. Durandus idẽ ſentit. Sanctus Bernardus in epiſtola 174. idẽ probat. Origenes homilia in Hieremiam, hoc idem confirmat, cum ait: Sanctificationem illam datam fuiſſe Hieremiæ in vtero, quę data eſt Abraæ, quãdo Deo credidit. Ecce duos Eccleſiæ Doctores, ſanctos Patres, & Doctores alios, tenentes ſine dubio Hieremiam, & Baptiſtam intra materna viſcera eſſe ſanctificatos; A quibus receſſit vir iſte, vt facilior eſſet illi ſanctificationis ſancti noſtri deſtructio. Nunquid nos de fide teneri contendimus, vt loca ſcripturæ in oppoſitum, extra propoſitum adducat?

Nota argu. S.Tho.

S.Bon. in 3. d. art. 1. q. 2. Ricar. ar. 1. q. 2. Duran. q. 3. S. Bern. ep. 174. Origen. Homil. in Hierem.

Dubium XLVI.

N*Eque mirum eſt, cum de beato Ioanne Baptiſta, de quo Suarez de eius ſanctificatione agens di-*

cit contrarium non poſſe ſine maxima temeritatis, & erroris nota teneri; cum aliter ſaluari nequeat illud ſancti Lucæ, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Nihilominus, beatus Auguſtinus Eccleſiæ lumen, cum aliqua dubitatione videtur loqui epiſt.59. ad Dardanum. Siquidem agens de ſanctificatione horum duorum virorum ſingulariſſimorum Hieremiæ, & Ioannis Baptiſtæ, ſubiungit: Horum ſanctificationes non eſſe intelligendas, quaſi in vtero gratiam acceperint, per quam homines renaſcuntur in Chriſto, & efficiuntur templum Dei.

Solutio ad XLVI.

D. Aug. ad Marcel. cõ. not. 25. q. 5. SAnctus Auguſtinus Marcellino Comiti ſcribens, ait: Obteſtor fidem tuã per Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam, vt nõ extento aculeo, ſulcantibus vngulis, neque vrentibus flammis procedas. Si ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ in vtero, ait Doctor iſte, non poteſt aliter teneri, ſine maxima temeritatis, & erroris nota. Et ſancti Auguſtinus, & Hieronymus de illa cum aliqua dubitatione ſunt loquuti; præſertim cum textus euangelij aliter ſaluari non poſſit; quam ipſam ſanctificationem affirmando indubiè: & Dubius in fide ſit reputatus infidelis: quid ſentiendum erit de duorum luminum, ac Doctorum Eccleſiæ reliqua doctrina? Sed quia Sanctis, & Doctoribus tantum crimen imponitur, vt in rebus de fide Catholica cum dubitatione dicat, eos

Cap. firmiter. Franc. Penna. 1. p. direct.fol.19.

loquutos fuiſſe: oportebit, eorum ſententias ex originali deſumptas, in medium producere.

Sanctus Auguſtinus in epiſt. ad Dardanum percontantem; Vtrum ignorent Paruuli Deū? & ſi ignorant: quomodo Ioannes antequam naſceretur, in ſuæ matris vtero potuit exultare? Reſpondet. Vſque adeò acceleratus eſt in illo puero vſus rationis, vt intra materna viſcera iam poſſet agnoſcere, credere, & conſentire: quod in alijs pueris ætas expectatur, vt poſſint. Hoc etiam, in miraculis, habendum eſt Diuinæ potentiæ, &c. Et quibuſdam interpoſitis adhoc probandum, ait. Quamlibet itaque ſententiam de prægnantibus: imò de hominibus habeamus, adhuc intra materna viſcera conſtitutis. Vtrum exiſtimemus eos poſſe nunc donari aliquo ſanctificationis modo: vel propter Ioannem, qui non dum editus in lucē, tamen exultauit in gaudio. Quod tamen, niſi Spiritus ſancti operatione fieri potuiſſe, quis credat? vel propter Hieremiam; cui Dominus dixit. Priuſquam exires de vulua ſanctificaui te, &c. Ecce quomodo S. Aug. non loquitur cum dubitatione de iſtorum ſanctificatione: ſed affirmatiue, & certo: Proſequitur idem ſanctus Auguſtinus. Tamen illa ſanctificatio, qua efficimur ſinguli tēpla Dei: non eſt niſi renatorum: dicente Chriſto Domino.

D. Augu. ad Dard. Epiſt. 57. q. 2.

Nota Valde.

Luc. 1.

Hierem. 1.

S. Aug. ibid.

Ioan. 3.

Solutio ad XLII.

IN qua forma extiterit ſanctificatio ſancti Georgij Epiſcopi, poſſitq. affirmari, ſuperiori proxima ſolutione, diffusè tractauimus, iuxta veritatem Hiſtoriæ. Ad rationem illam adeò facilem, reſpondemus, nihil concludere. Quia nō Iurauit Dominus Deus nihil operaturum in Sardinia (præſertim Calari) quin illud reuelaſſet ſancto Bernardo exiſtenti in Gallia? Hoc argumentandi modo vſus fuit Ruffinus Schiſmaticus, contra ſancti Ambroſij opera, vt in ſcolijs lib. Diui Hieronymi, de ſcript. Eccleſ. habetur, ait enim. Hieronymus contemporaneus Ambroſij, cum multos alios ſuperſtites inter Scriptores, & Viros illuſtres poſuit, non meminit Ambroſiū: Ideo, quia de illius ſcriptis non breuè ſenſit: Hæc ibi. Quod quam falſum, quàmque impium ſit affirmaſſe; apertiſſimè patet: cum ſcripta ſancti Ambroſij tàm vtilia, ac accepta ab Eccleſia ſint. Secundo dicimus, non omnes Sanctos contemporaneos ſe nouiſſe interſe: Nam ſanctiſſimi Patriarchæ Franciſcus, & Dominicus multo tempore Deo ſeruientes erant, ſed in eorum hiſtoria ſic habetur; Cum antea ſe non nouiſſent; orantes, & conſalutantes, ſe in Lateranenſi Eccleſia, amplexati ſunt, &c.

Ruff. cōtra S. Amb. lib. In Schol. S. Hie. de ſcripto. Eccl.

Sanctiſſ. Patriar. Frāc. & Dominici Hiſtor.

Non

Non igitur oportuit ſanctum Bernardum, ſanctificationis huius Sancti cōſcium fuiſſe. Quia non conciliarius Dei fuit. Neque quia contemporaneus, ideo; vt ait, non ignarus huius rei fuit: imò ignariſſimus omnium prærogatiuarum Sancti huius. Sicut, & aliorum multorum, qui ſuo tempore in diuerſis mundi partibus floruerunt.

Ad vltimam partem, reſpondemus: virum iſtum nimis licentiosè, ac ex proprijs loqui, circa canonizationis tempus ſancti Bernardi Abbatis, cuius rei falſitatem diffusè ſupra ad ſolut. ad Dub. 15. probauimus. Non enim cànonizatus fuit Anno MCLIX. Sed Anno MCLXIV. Nota. Sup. ad du. 15.

Dubium XLIII.

ET tum ob id, tum etiam quia adeò inſignis prærogatiua, quæ de lege nulli conceditur; non conceſſa fuiſſet, à Deo vt celaretur, ſed vt toti Eccleſiæ manifeſtaretur, ad eiuſdem augmentum, & ædificationem: iuxta illud Lucæ 1. Super omnia Montana Iudæ diuulgabantur omnia verba hæc, vt poſuerunt omnes in corde ſuo dicentes, quis putas puer iſte erit? &c.

Solutio ad XLIII.

ILlud tum ob id, ſatis ſuperque demonſtrauimus inane, & vacuum. Ad ſecundum veniamus.

niamus. Homo iſte non legit, qui ſcrutator eſt Maieſtatis opprimetur à gloria: & incom-
Rom. 11. præhenſibilia iudicia ſunt eius, & inueſtigabiles viæ eius: quibus implicatus Apoſtolus, de duobus illis fratribus hiſtoriam contexuit ad Romanos dicens. Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau au-
Matt. 11. tem odio habui. Et ipſe Chriſtus Dominus ad patrem ait. Quoniam ſic placitum fuit ante te. Perquirat ergo ab eo, qui fecit, quare Paulum, Iacobum Apoſtolum, Ioſephum ſpõſum Virginis, Remigium, Aſellam, Nicolaum, & Georgium noſtrum intra materna viſcera ſanctificauerit? Nos enim quare hoc ita fecerit iudicare non poſſumus, quia ſolus ipſe nouit,
Eccl. c.3. qui fecit. Vnde Eccleſiaſtici 13. dicitur. In pluribus operibus eius, ne fueris curioſus; non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis· plura enim ſuper ſen-
Sap. c.9. ſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Et Sap. 9. dicitur. Senſum autem tuum quis ſciet Deus, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum
Eccl. c. ſanctum tuum de altiſſimis? Et Eccleſiaſtes ait. Intellexi, quod omnium operum Dei, nullam poſſit homo inuenire rationem: Sed &
Iob. c.5. & cap. 9. ſanctus Iob ait. Qui facit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia, abſque numero: quis ergo dicere ei poterit, cur ita facis? Solus igitur Ioannes iſte rationem expoſcit, cur Deus ſanctifica-

ctificauerit Epiſcopum Georgiũ in vtero Matris. Sanè audet, quod nullus, etiam prædictorum, atque Sanctorum auſus eſt, perquirere.

Sed primam huius viri rationẽ videamus. Si illius ſanctificatio tantum eſt prædicanda, & affirmanda, de qua dicitur; ſuper omnia montana Iudæ diuulgabantur, &c. Ergo Hieremiæ ſanctificatio, de qua illa verba non ſunt ſcripta, non erit prædicanda, & affirmanda. Et pari ratione, neque ſanctificatio Virginis Dei Genitricis Mariæ (loquimur nunc iuxta Diui Thomæ ſententiam.) Eſt affirmanda, cum de illa non ſcribatur, ſuper omnia montana Iudæ diuulgabantur omnia verba hæc, &c. Quid ad hoc reſpondebit? Tertio animaduertiſſe debuiſſet homo iſte; qui manum miſit in meſſem alienam: ex communi Sanctorum Patrum, & Doctorum hominum ſẽtẽtia, & præſertim Cardinalis Toleti, duos eſſe modos reuelationis. Quædam ſunt reuelationes à Deo factæ toti Eccleſię, ad augmentum, & conſeruationem eiuſdem; qualia ſunt, quæ per Scripturas Sacras perhibentur, ſeu per Apoſtolicas traditiones, Concilia generalia, & Pontificum ſummorum determinationes: quarum aſſenſus, Fides Catholica eſt. Aliæ verò ſunt reuelationes ab ipſomet Deo factæ ſingularibus perſonis (ſcilicet Sanctis, & amicis ſuis) quas per hiſtorias, traditiones

Nota.

Doctorum ſen. de duobus modis reuelationum. Tol. in ſum. lib. 4. c. 1.

Nota Valde.

monumenta,& titulos habemus. Quæ etſi nõ ſint de Fide Catholica, ſicut priores illæ:ſtultiſſimũ equidem eſſet, ac temerarij hominis, ſuo ſolo marte jnnixi, illas negare, velleq; illas priores reuelationes, ijs ſecundis æquiparare, vel ex illis iſtas inferre, hominis parum Philoſophi Doctrinam ſapientis eſt. Ex quibus inferimus: ſanctificationes Hieremiæ, & Ioannis Baptiſtæ eſſe ſub illo primo prædicãdas cæterorum autem, ſub iſto ſecundo modo, eſſe intelligendas. Scilicet, vt ex hiſtoria vniuſcuiuſque percipitur. Cæteris igitur ſuo loco relictis,de noſtro ſancto Epiſcopo Georgio, ſic habet eius antiquiſſima manu ſcripta hiſtoria, à Paulo quodam,pijſſimo illius temporis Viro. Et vt conſtaret, quàm ſibi carus futurus eſſet Georgius: per Angelum ſuum rẽ Deus patefecit Græcæ honeſtiſſimę fœminæ, dicens illi. Scias viuentiam famulam tuam filium ſuſcepturam, qui nomine, Georgius vocabitur:miro Sanctitatis ſplendore, rebuſque preclare geſtis apud Dominum exornabitur. In vtero Matris ſanctificabitur; & erit ſaluti patrię,&c.Similiter de Remigio legitur. quare, ediſcat,& quieto animo ſit,neque velit dubitare homo iſte,de modo affirmandi ſanctificationem ſancti huius in vtero:neque curiosè inquirere.Quare nõ toti Eccleſię reuelauerit Dñs. Vel ſaltem ſibi, hęc curioſe inueſtiganti.

Hiſt. ſancti Geor. quis auctor fuerit.

Du-

Dubium XLIV.

ET Doctor Franciſcus Suarez confirmans idipſum Beati Bernardi, ait: Hoc priuilegium ad alios extendere, præter hos duos, vt alij extendunt: ſine probabilitate, & fundamento dici.

Solutio ad XLIV.

LActantius Firmianus lib. 1. Diuinarum inſtitutionũ, inter alia, ſic ait. Nullus eſt animæ ſuauior cibus, quàm cognitio veritatis. Hanc in ijs minimè habuit vir iſte, ſed ſicut ſanctum Bernardum loquentem non intellexit, ſic in præſentiarum Doctorem Suarez nõ percipit; qui eandem ſententiam cum ſancto Bernardo tenens: affirmat, de nullo alio ita apertè in Sacris literis legi ſanctificatum, prȩter Ioannem, & Hieremiam. Et addit, ſine probabilitate, & fundamento, aliquos ex eiſdem Sacris litteris affirmaſſe, Paulum Iacob, & Sampſonẽ fuiſſe ſanctificatos in vtero. Hic eſt enim ſenſus verborũ Suarez, & ſancti Bernardi: non autem quem homo iſte, ſuo marte confinxit, nobiſq. propoſuit. Sed quid ex hoc contra ſanctificationem ſancti Epiſcopi Georgij? nunquid nos in Scripturis Sacris haberi, vel ex eis deduci contendimus; ſicut ij, quos Lact. lib. 1. Diui. inſtit.

ait:

ait: Suarez; De S. Paulo, Iacob, & Sampſone, probare voluiſſe.

Dubium LXV.

P*Ræterea, de altero iſtorum, nempe de Hieremia, dicit idem Suarez, non obſtante, tàm aperto teſtimonio Sacræ Scripturæ, Hieremiæ cap. 1. Antequam exires de Vulua ſanctificaui te, verius eſt, ac ferè certum fuiſſe ſanctificatum in vtero. In quo ſunt digna notatu verba illa, & ferè certum. Siquidem, poſt tam apertum teſtimonium, quod omnem videtur abigere dubitationis vmbram; ſapientiſſimus iſte Doctor in hæc verba prorupit. Et ferè certũ; vt doceat nos, quanta animaduerſione vtendum nobis eſſe in ijs, quæ non aſſolet Deus facere de lege ordinaria, vel cum ſuis amicis, & maximè familiaribus, &c. Et Abulenſis Epiſcopus, de Hieremiæ ſanctificatione loquens, Iudic. 18. dicit eſſe ſolum opinionem, aut problema.*

Solutio ad XLV.

IAm Hieremiam liberare oportebit, à manibus viri huius, cuius ſanctificationem in vtero in dubiũ vertit: vt facilius ſancti Georgij noſtri, ſanctificatio ab hominum memoria euellat. Cui deferenda ſunt primæ veritatis teſtimonia; Suarez, & Abulenſi, An ſanctis Patribus, & Doctoribus? Quicquid ergo ipſe cum illis in dubiũ vertat, eſt Doctor Angelicus Thomas, qui ita certiſſimè tenet Hieremiam,

S.Tho. 3.p. 27.q.art.2.

remiam, & Ioannem fuiſſe intra materna viſcera ſanctificatos, quod ab ipſis ſumat efficax argumentum ad probãdam ſanctificationem, Virginis, in vtero matris, quod eſt tale. Priuilegium gratiæ, & ſanctitatis ad maiorem puritatem, & gratiæ excellentiam pertinens, quod quibuſdam hominum conceſſum eſt: Non eſt negatum Beatiſſimæ Virgini: Sed ſanctificari in vtero, Hieremiæ, & Ioanni Baptiſtæ conceſſum eſt: vt patet Hier. 1. & Luc. 1. Ergo &c. Sanctus Bonauētura Doctor ſeraphicus, idem affirmat. Ricardus idem tenet. Durandus idē ſentit. Sanctus Bernardus in epiſtola 174. idē probat. Origenes homilia in Hieremiam, hoc idem confirmat, cum ait: Sanctificationem illam datam fuiſſe Hieremiæ in vtero, quę data eſt Abraæ, quãdo Deo credidit. Ecce duos Eccleſiæ Doctores, ſanctos Patres, & Doctores alios, tenentes ſine dubio Hieremiam, & Baptiſtam intra materna viſcera eſſe ſanctificatos; A quibus receſſit vir iſte, vt facilior eſſet illi ſanctificationis ſancti noſtri deſtructio. Nunquid nos de fide teneri contendimus, vt loca ſcripturæ in oppoſitum, extra propoſitum adducat?

Nota argu. S.Tho.

S.Bon. in 3. d. art. 1. q. 2. Ricar. ar. 1. q. 2. Duran. q. 2. S. Bern. ep. 174. Origen. Homil. in Hierem.

Dubium XLVI.

NEque mirum eſt, cum de beato Ioanne Baptiſta, de quo Suarez de eius ſanctificatione agens di-

cit contrarium non poſſe ſine maxima temeritatis, & erroris nota teneri; cum aliter ſaluari nequeat illud ſancti Lucæ, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Nihilominus, beatus Auguſtinus Eccleſiæ lumen, cum aliqua dubitatione videtur loqui epiſt.59. ad Dardanum. Siquidem agens de ſanctificatione horum duorum virorum ſingulariſſimorum Hieremiæ, & Ioannis Baptiſtæ, ſubiungit: Horum ſanctificationes non eſſe intelligendas, quaſi in vtero gratiam acceperint, per quam homines renaſcuntur in Chriſto, & efficiuntur templum Dei.

Solutio ad XLVI.

D. Aug. ad Marcel. cõ. not. 25. q. 5.

SAnctus Auguſtinus Marcellino Comiti ſcribens, ait: Obteſtor fidem tuã per Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam, vt nõ extento aculeo, ſulcantibus vngulis, neque vrentibus flammis procedas. Si ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ in vtero, ait Doctor iſte, non poteſt aliter teneri, ſine maxima temeritatis, & erroris nota. Et ſancti Auguſtinus, & Hieronymus de illa cum aliqua dubitatione ſunt loquuti; præſertim cum textus euangelij aliter ſaluari non poſſit; quam ipſam ſanctificationem affirmando indubiè: & Dubius in fide ſit reputatus infidelis: quid ſentiendum erit de duorum luminum, ac Doctorum Eccleſiæ reliqua doctrina? Sed quia Sanctis, & Doctoribus tantum crimen imponitur, vt in rebus de fide Catholica cum dubitatione dicat, eos

Cap. firmiter. Franc. Penna. 1. p. direct. fol. 19.

loquutos fuiſſe: oportebit, eorum ſententias ex originali deſumptas, in medium producere.

Sanctus Auguſtinus in epiſt. ad Dardanum percontantem; Vtrum ignorent Paruuli Deũ? & ſi ignorant: quomodo Ioannes antequam naſceretur, in ſuæ matris vtero potuit exultare? Reſpondet. Vſque adeò acceleratus eſt in illo puero vſus rationis, vt intra materna viſcera iam poſſet agnoſcere, credere, & conſentire: quod in alijs pueris ætas expectatur, vt poſſint. Hoc etiam, in miraculis, habendum eſt Diuinæ potentiæ, &c. Et quibuſdam interpoſitis adhoc probandum, ait. Quamlibet itaque ſententiam de prægnantibus: imò de hominibus habeamus, adhuc intra materna viſcera conſtitutis. Vtrum exiſtimemus eos poſſe nunc donari aliquo ſanctificationis modo: vel propter Ioannem, qui nondum editus in lucẽ, tamen exultauit in gaudio. Quod tamen, niſi Spiritus ſancti operatione fieri potuiſſe, quis credat? vel propter Hieremiam; cui Dominus dixit. Priuſquam exires de vulua ſanctificaui te, &c. Ecce quomodo S. Aug. non loquitur cum dubitatione de iſtorum ſanctificatione: ſed affirmatiue, & certo: Proſequitur idem ſanctus Auguſtinus. Tamen illa ſanctificatio, qua efficimur ſinguli tẽpla Dei: non eſt niſi renatorum: dicente Chriſto Domino.

D.Augu.ad Dard. Epiſt. 57.q.2.

Nota Valde.

Luc. 1.

Hierem.1.

S.Aug.ibid.

Ioan.3.

mino; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt videre regnũ Dei, &c. In ijs verbis aliam proponit, quæſtionem, quã Doctor iſte non percepit, ſcilicet: Si quis nũc in lege Gratiæ ſanctificaretur in vtero Matris exiſtens; Vtrum teneretur, cum naſceretur, ad baptiſmi ſuſceptionẽ? Et reſpondet idem Auguſtinus affirmatiuè: Quia omnibus, ſine exceptione, datum eſt præceptum de Baptiſmo: dicente Christo: Niſi quis renatus fuerit, &c. Et ſic, maximè animaduertendum eſt: ſanctũ Auguſtinum doctiſſimè loquutum fuiſſe, cum ait. Sanctificationes Hieremiæ, & Ioannis in vtero, nõ eſſe ita intelligendas, quaſi per illas gratiam acceperint: per quã homines renaſcuntur in Chriſto: & efficiuntur ſinguli templa Dei. Ad quod intelligendum, notandum eſt; Aliud eſſe naſci in Chriſto, & aliud eſſe renaſci in Chriſto. Naſci in Chriſto, erit ſanctificari in vtero: & renaſci in Chriſto, erit baptizari. Nam Chriſtus baptizari, vocauit renaſci. Niſi quis renatus fuerit. Quis ergo non conſiderat diſcrimen inter naſci, & renaſci, inter baptizari, & ſanctificari? Nunquid Ioanni, & Hieremiæ natis in Chriſto; ſiue ſanctificatis in vtero; ſi caſus illis mortis aduenisset, ſtatim poſt ſanctificationem; cœli aditus patuiſſet illis, ſicuti patet ijs, qui renati ſunt in Chriſto? Vult igitur ſanctus Auguſtinus oſtendere diffe-

Vtrum Sanctificatus nunc in vtero, teneat ad baptiſmum?

Ioan. 3.

Quid ſit naſci, & quid renaſci?

feren-

ferentiam gratiarum, quæ exiſtunt inter ſanctificationẽ in vtero, & baptiſmũ. Per Excellentiam enim; Sacramentum Baptiſmi; ſtatim aperit Cœlum, decedentibus cum ipſo: quod non faciebat ſanctificatio in Vtero. Hæc eſt ſententia Diui Auguſtini, & non illa dubitatio, quam in rebus fidei dixit hic vir habuiſſe. Sent. S. Auguſt. ad Dardanum.

Cardinalis Toletus, ſuper Luc. cap. 1. aliter intelligit ſanctum Auguſtinum: quaſi dicat. Vtrum puer nondum natus omnino, ſi educat brachium, vel caput; baptizari poſſit? & reſpondet affirmatiuè, videatur ibi. Ex ijs ergò Doctor iſte malè intellectis, dixit, ſanctum Auguſtinum Eccleſiæ lumen, cum dubitatione loquutum fuiſſe, de ſanctificatione Ioannis Baptiſtæ. Sed quid ex hoc contra ſanctificationem, intra materna viſcera ſancti Georgij Epiſcopi colligere vult vir iſte? quàm ergo falsè contra ſancti Auguſtini ſcripta proclamauerit, nullſum doctum hominem atque pium latet. Card. Tolet. ſup. hũc locũ. & Luc. cap. 1.

Dubium XLVII.

ET ſanctus Hieronymus, quod ad hoc attinet, non videtur à Beato Auguſtino diſſentire: cum enim vtriuſq; meminiſſet, Hieremiæ primo, dicit In eo ſenſu eſſe intelligendas, in quo ſanctus Paulus ad Gal. 1.

loquutus fuit de ſeipſo. Cum autem placuit ei, qui me ſegregauit ab Vtero matris meæ, non quod gratiam, & ſanctificationem acceperit Paulus, vt aliqui etiam ex hoc teſtimonio exiſtimant, ſed quod ab vtero ſit deſtinatus, vt eſſet Apoſtolus Chriſti futurus, & in hoc eodem ſenſu interpratatur Theodor. Illud Hier. cap. 1. Sanctificaui te, id eſt elegi te, vt eſſes Sanctus. Vide etiam Cardinalem Toletum. Sap. cap. 1. Lucæ Euangeliſtæ.

Solutio ad XLVII.

S. Hier. ſup. c. 1. Hiere. SAncti Hieronymi ſentẽtiam inficiatur vir iſte, qui loco citato, non dicit ſanctificationes Hieremiæ, & Ioannis in eo ſenſu eſſe intelligendas, in quo Paulus ad Galatas loquutus fuit de ſeipſo, cuius originalia verba hæc ſunt. Ioannes autem Baptiſta ſanctificatur in vtero, & Spiritum ſanctum accepit, & mouetur in vulua, & per os matris loquitur. Ecce quomodo de ſanctificatione Baptiſtæ in vtero matris, nihil dubiè, nihilq. diuerſum à ſanctorum opinione habet Hieronymus. Nõ ergo de vtriſque loquens, cum dubitatione verba facit ſanctus Hieronymus. Sed neque poterat Doctor Eccleſiæ, aliter de Ioanne ſentire ſinè erroris nota, temeritateq. maxima: Cũ ſit expreſſus hic Scripturæ textus; Et Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero Matris

Luc. c. 1. ſuę, &c. De Hieremia verò ſic habet ſuper illa ver-

la verba, Priuſquam te formarem in vtero no ui te. Non quod ante conceptionem; vt hæreſis ſuſpicatur, fuerit Hieremias: ſed quod preſciret eum futurum Dominus: cui necdum facta, iam facta ſunt, ſecundum illud Apoſtoli Rom. 4. qui vocat ea quæ non erant, quaſi ea quæ ſunt. Quòd autem ſanctificatur in vtero iuxta illud Apoſtoli ad Galat. 1. debemus accipere. Dum ait Paulus. Cum autē placuit ei, qui me ſegregauit ab vtero matris meæ, &c. & cum D. Hieronymus vnus inter eos fuerit, qui hūc locum Apoſtoli æquiparare videtur, cum illo Hieremiæ c. 1. vt ſupra ad dub. 41. docuimus: ſequitur, non cum dubitatione loquutum fuiſſe de ſanctificatione Hieremiæ, ſed opinatum fuiſſe, quod Paulus fuerit ſanctificatus in vtero ſicut Hieremias. Sanè Doctor iſte Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ, cum hęc firmauit dormitabat, quod credibilius eſt quàm Diuum Hieronymum erroris nota laboraſſe. Rom. 4. ad Gal. 1.

Sed, & Cardinalis Toletus, quem pro ſe adduxit, omnino cōtrarium de Ioanne Baptiſta affirmat, vt ſupra, in ſolutione ad dub. 49. tradidimus, & adiungit, quæ ſequuntur. Non ergo: quia Ioannes non erat, ab vtero Matris egreſſus, ob id nō potuit gratiam Spiritus ſancti regenerationis accipere, cum iam genitus eſſet carnali generatione, & peccatum iam Tolet. ſup. Luc. c. 2.

contraxiſſet ex Adam. Ratio etiam vltra hæc omnia, hoc ipſum comprobat. Non enim inficiandum eſt, tàm miram Chriſti, & Matris viſitationem, attuliſſe Ioanni peccati medicinam. Hæc Toletus: Vbi ergo dicit, loco à Doctore citato, amborum ſanctificationes, præſertim Ioannis Baptiſtæ, eſſe intelligendas in eo ſenſu in quo D. Paulus loquutus fuit
Galat. 1. de ſeipſo ad Galat. cap. 1? Imponat capiti ſuo vir iſte Galeam Sapientiæ, & pietatis, vt vera referat de tot Sanctis, ac Doctoribus Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

Dubium XLVIII.

SI ergo de ſanctificatione Præcurſoris Chriſti Domini, ſeu infuſione gratiæ eiuſdem, & confirmatione in ea, ita quod nunquam mortaliter peccauerit, ita loquuntur aliqui Patres, & Eccleſiæ Doctores: Cùm tamen ferè omnes alij, & Communis Eccleſiæ Doctrina, ſine trepidatione id de ſancto Ioanne Baptiſta affirmet, vt eſſet temerarium, & error oppoſitum affirmare, ſecundum Suarez loco citato.

Solutio ad XLVIII.

DE ſanctificatione Præcurſoris Chriſti Domini: de Infuſione Gratiæ, deque confir-

matione in ea, quomodo laquantur Patres, & Eccleſiæ Doctores, diximus ſupra à Dub. 41. vſque ad 47. quos quia non percepit Doctor iſte, aliter loquutos fuiſſe affirmauit: cum ipſi quod communis tenet Eccleſiæ Doctrina, tenuerint, & teneant; vt ibi probauimus. Et ſi alios Patres, & Doctores quid ſenſerint ediſcere cupiat, legat ſanctum Athanaſium dicentem: Permulti fuerunt Sancti, puri omnis criminis. Siquidem Hieremias ex vtero ſanctificatus fuit, & Ioannes dum adhuc à grauida matre geſtaretur, exultauit in gaudio ad vocem Deiparæ Virginis, & plenus Spiritu ſancto. Sanctus Cyprianus ait. Ioannes Baptiſta gratia diuina in vtero Matris repletus eſt. Sanctus Ambroſius ait. Prius fuit in Ioanne ſpiritus gratiæ, quam ſpiritus vitæ. Appellat ſpiritum vitæ, aerem iſtum quem naſcendo accipimus. Sanctus Gregorius ait. Ioannes prius renatus, quam natus. Sanctus Bernardus ait, Neminem vnquam mortalium inter materna viſcera Sanctificatum legimus, præter Hieremiam, & Ioannem Baptiſtam; ſed longè minor Hieremiæ ſanctificatio, quã Ioannis; Ille quidem in vtero matris ſanctificatus eſt, hic verò repletus Spiritu ſancto eſt. Multo quidem excellentius eſt repleri Spiritu ſancto, quàm ſanctificari. Mira res etiam eſt, à tranſactis ſæculis non audita:

ad Dub. 41. & 47.

S. Atha. ſer. 4. cont. Arria.

Luc. c. 1.

S. Cypr. Ep. 73.

S. Amb. ſuper Luc. c. 1.

S. Greg. lib. 13. Mor. c. 5.

S. Bern. in ſer. de excel. Ioan. Bapt.

hominem conceptum in peccatis, naſci ſine peccato. Ioannē verò, longè glorioſior virtus impleuit, qui & ſanctificatus eſt à peccato, & ita dominante ſpiritu ſuperfuſus, vt & purgatus exeat, & repletus Spiritu ſancto. Hæc ſanctus Bernardus. Et notate Viri Docti, quomodo Doctor iſte mutila reddit, & decurtata verba ſancti Bernardi, ſcilicet, cum dixit: Neminem vnquam mortalium; &c. citata ſupra dub. 41. Vt ineptos nos eſſe exiſtimet, crediturosq. eius citationibus, vel decurtatis, vel omnino falſis? In hac igitur ſancti Bernardi, & cæterorum Patrum, & Doctorum Doctrina, apparet quomodo de ſanctificatione Precurſoris Chriſti Domini, ſeu infuſione Gratie, & confirmatione in ea: Et ſimul de ſanctificatione Hieremiæ in vtero Matris, loquātur. Multo aliter quidem, quàm vir iſte adduxit. Et mirum valde eſt, quod hæc ſic contarcinata ad ſummum Eccleſiæ Pontificem, non veritus ſit, neque puduerit preſentare. Vel ſi ſua non ſunt (vt aiunt) propria manu conſcribere.

ad Dub. 41.

Quomodo Sᶜ PP. de Sanctiſi. Io. & Hiere. loquuntur.

Dubium XLIX.

QVid ergo ſine vllo tali teſtimonio ſcripturæ, & ſine traditione, vel auctoritate Apoſtolica, imò, & ſine vllo Sancto, vel alicuius nominis Doctore,

re, Dicemus de ſancto Epiſcopo Suellenſi, ſeu de eius ſanctificatione in vtero, et confirmatione in ea? Quam ita temere, & ex proprijs affirmat frater ſerpi, vt ex relatione eius hiſtoriæ lib. 2. fol. 234. cap. 25. eſt videre? Et Maximè fuiſſet expediens, vt iſte Chroniſta animaduertiſſet, cū quanta circumſpectione loquuti ſunt hac de re omnes Sancti Eccleſiæ Doctores.

Solutio ad XLIX.

HAereticum Dogma eſt, ſolum ea, quæ in ſcripturis habentur credere. Sanctificatio, enim Virginis Glorioſiſſimæ, in ſcripturis non habetur, eſſetq. (ad minimum) temerarium, oppoſitum ſentire: cum ſit contra communem catholicorum ſententiā. Quare, quærere tale teſtimonium ſcripturæ ad ſanctificationem ſancti Epiſcopi Georgij probandam, quale datur de Ioanne Baptiſta, & Hieremia ad minimum erit impertinentiſſimum; præſertimq, cum nos in hoc nihil de fide petamus credi debere: vt ſup. in ſolut. ad dub. 41. dixi, extra propoſitum erit, & eſt, hominis iſtius argumentum. Si enim in omnibus, quæ in Eccleſia prædicantur, & ſcribuntur, peteretur ſcripturæ teſtimonium: Neque Virginis Mariæ Dominæ noſtrę Aſſumptio cum corpore, & anima in cœlum, prædicari poſſet. Neque vitæ Sanctorum, neque miracula ab ipſis facta, ſed neque quamplures Apoſtolicæ traditiones.

S.Tho. 1. 2. q. 27. art. 2. & Sua. diſp. 3.

ad Dub. 41

Sup. pag. 100. l. 18.

tionis. Quo etiam argumentandi modo Seraphici Patris Stigmata negare potuiſſet. Quare quoad hoc, nõ eſt neceſſarium Sacræ Scripturę teſtimonium, ſicut neque pro ſancti Ioſeph, ſancti Iacobi, ſancti Remigij, ac ſanctæ Aſellæ ſanctificationibus in vtero, opportet in ſcriptura haberi teſtimonium. Vt diffuſiſſimè in ſolutione ad Dubium 41. probauimus.

ad Dub. 41

Nota. Traditionem haberi, hiſtoriam ac conſuetudinem immemorabilem, ſupra in ſolutione ad dub. 41. apertiſſimè oſtendimus. Quæ omnia, & ſingula non poterit extraneus vir ab Illuſtriſſima Ciuitate Calaritana, & non natus in illa, percipere, niſi doceatur, non doceri niſi velit, neque velle, niſi ſpontè ſuo ceſſerit iuri, quia libertas arbitrij in vno quoque noſtrum eſt. Hæc igitur omnia de ſancto noſtro Epiſcopo Georgio Dominus Archiepiſcopus Calaritanus in Epiſt. ad illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos Dominos Cardinales Sacræ Congregationis Rituum tranſmiſſa affirmat: habẽturque in proceſſibus à Notario Apoſtolico, teſtibus iuramento compreſſis, recepta. Quę omnia maioris ſunt veritatis, quàm imaginatio vnius Viri, ac ſingularis feri, qui depaſcere nititur Sanctam Calaritanam Eccleſiam, cuius opibus, ex pauperrimo, ditiſſimus euaſit.

Proceſſus de vita, & morte ſancti Georg. Epiſc.

Sed

Sed quia ex proprijs, & temerè affirmat Fratrem Serpi à ſe hęc de ſancto Epiſcopo Georgio dixiſſe, quamuis, quę tradidimus ſufficere poterant: nihilominus, quia proceſſus illos omnes iuridicè confectos faſtidioſum eſſet legenti in prę́ſentiarum reſcribere; epiſtolam illam, quę quaſi quoddam ſapiẽtiſſimum epitome eſt. Domini Archiepiſcopi Calaritani inſerere oportuit, vt quis noſtrum temere, & ex proprijs loquatur appareat.

Al Illuſtriſs. y Reuerendiſs. Señor CARDENAL PINELLI, Preſidente de la ſacra Congregation de Ritos. Titulus Epiſtolæ.

VNa delas mas principales coſas, de que he recebido ſummo contentamiento, de hauer ſido; aunque indignamente promouido de la mano del Señor y por la benignidad dela ſanta Sede Apoſtolica, y nombramiento de ſu mageſtad para eſta ſanta Igleſia de Caller, ha ſido hauer hallado que ay en todo eſte Reino de Sardeña; y mas particularmente en eſta Ciudad de Caller, tantos ſantos, y dellos mis anteceſſores. Aſſi en eſte Arcopiſcopado, como en los Obiſpados vnidos a el. Eſperãdo en la bõdad de Dios y interceſſion deſtos Sãtos, que ſu diuina mageſtad me alũbrara, para In Regno Sardiniæ multi Sancti ſunt. Calari ſunt multi Sãcti.

que

que acierte enel gouierno deſta Sãta Igleſia, y imitte,y ſiga ſus pizadas, quãto pudiere;En

S.Georgius Calaritan.

tre ellos es vno el Bienauenturado ſan George , natural deſta Tierra , obiſpo , que fue de Suelli, que agora es obiſpado, vnido con eſte Arcopiſpado . La memoria del qual halle rebiuada, primero pormi mediato Anteceſſor,

D.Fran.del Val. Arch. Don Alph. laſſo.Arch.

el Arcopiſpo Don Franciſco del Val . y deſpues pormi immediato Anteceſſor Don Alonſo laſſo ſedeño . El qual viendo , que la caſa

Domus in qua natus. eſt.S.Geor.

donde hauia naſcido el Glorioſo Santo , en la qual antes ſe dezia miſſa,ſe tañia campana, y ſe enterrauan diffuntos;ſe hauia prophanado, y biuian en ella hombres caſados ; la hauia comprado , y gaſtado en ella para ponerla en forma de Oratorio , paraque en ella ſe pudieſſe dezir miſſa, como ya ſe hauia echo, con muy grande concurſo , aplauſo , y deuotion de todo el pueblo , y hauiendo los Iurados deſta Ciudad , dado perpetua limoſina a los del Cabildo deſta S.Igleſia , paraque cada año enel dia del Sãto fueſſe alli en proceſſiõ,

D. Fran. de Iſquiuel Archiep.

y ſe cantaſſe vna miſſa ſolenne ; y ſe predicaſſe . Penſando yo con mucho conſuelo mio, lleuar adelante , y augmentar ſi pudiera la deuotion deſte bendito Santo,mi anteceſſor. Cuya Igleſia , donde es antigua tradition,que

Eccleſia Suellij.

eſta ſepultado , alla enſu Cathedral : con ſus imagines , en muchos lugares, he viſitado,yo

con

con mucho guſto mio eſpiritual. Però como todas las coſas Santas, y buenas, quanto mas lo ſon, tanto mas contradition tienen. hà permitido Dios nueſtro Señor, que ſe aya leuantado vn Canonigo deſta mi Igleſia, opponiendoſe à eſto, y eſcriuiendo contra la Santidad, y vida deſte Santo. Por lo que me pareſcio, que hallandome ſucceſſor ſuyo, tenia obligation de apoyar la verdad de ſu vida, y milagros, lo mejor que ſe hà podido, en coſa tan antigua como de quinientos años aça: y en lugar, donde por tantas mudancas de Señores deſte Reyno, y por tantas guerras, à penas ſe halla papel ni hiſtoria antigua. Con todo, por el officio, que ſe rezaua antes, de à queſte ſanto, en ſu Obiſpado de Suelli; pedacos del qual ſe hallan inxertos en pergaminos autenticos, y ſellados, eſcritos mas de trezientos nouenta años. Y por las Igleſias, y retablos en ellas, del Santo. Por la tradition de ſu ſepultura, y de ſus milagros, y por muchos pergaminos antiguos, que hà ſido Dios ſeruido, que ſe hallaſſen en los Archiuos de mi Archopiſpado, los quales tan viejos como eſtauan, y en partes comidos de Ratones, y de vejez; cuyos traslados embio. He querido que vieſſe originalmente, el Padre Ludouico Manſonio Viceprepoſito de la caſa profeſſa de la Compañia de Ieſus deſſa

Officiũ proprium ſancti Georg. Epiſc. vltra 390. an.

Eccleſiæ Altaria Imagines ſancti Geor. Epiſc.

Miracula.

Teſtes fide digni.

Alma Ciudad, y Viſitador delos Collegios de la miſma Compagnia deſte Reyno. Porque ſiendo la perſona que es, y de tantas partes como a qui ha moſtrado, y tan conoſcido en eſſa Ciudad; pueda referir a boca lo que huuiere viſto dellos, y la mucha fe que ſe puede, y deue dar alos traslados dellos, que ſe enbian. Que tengo por cierto, que viſto todo lo contenido en dichos pergaminos. y en la Information, y teſtigos que van. y en la relation delas Igleſias y retablos del dicho Santo, y de ſu antiguedad dellos. y de ſu Mitra, que ſe conſerua en eſta mi Igleſia Cathedral; ſe ſeruira ſu Santidad, y eſſa ſagrada congregation, no ſolo que ſe continue la deuotion, culto, y veneration deſte Santo, pero aun, que ſe lleue muy adelante. Para lo qual embio dichos recaudos al Dotor Saluador Iſquierdo, que en mi nombre ſupplique, y proponga eſtas coſas a V.S.Illuſtriſſ. y a eſſa ſagrada Cõgreg.

Mitra ſancti Georgij inter reliquias veneratur.

AQVIEN IN VERBO EPISCOPI IVRO, y certifico, que la primiera vez que ſeme propuſieron eſtas difficultades, como nueuo y no tan enterado delas coſas deſte Santo, pareſcè, que tanbien forme alguna manera de duda, y fue nueſtro Señor ſeruido, que aquel la meſma tarde, me aſalto vn dolor tan vehemente, qual iamas hauia ſentido en mi vida, ni me pareſſe que con ningun encareſcimẽto

Nota valde miraculum in perſona Archiepiſcopi factũ a S. Georg.

podria

podria declarar. Durome algunas horas, ſin que remedio humano me lo pudieſſe quitar, haſta que me pareſcio hauerſe cauſado dela media duda que yo hauia formado en el negocio deſte Santo, y aſſi luego mude, y propuſe de ſerle muy deuoto, y continuar lo que ſe hauia ya echo: y ſe me quito de tal ſuerte todo el dolor, y pena, que luego eſtuue ſin el. y me leuante por la mañana muy ſano, y cõtento, como ſi à quella noche huuiera tenido ningun trabajo, ni dolor. Abraſſa V.S. Illuſtriſſima, con toda eſſa Sagrada Congregation, de tan buena gana todas las coſas de los Santos, como tan ſanta, que eſpero lo moſtraran con particulares fauores, y contento a eſte bendito Santo, y a mi obligara, &c.

ATtendat igitur Ioãnes iſte quomodo ſanctus Epiſc. Georg. Sanctus eſt, Eccleſięq. quamplurimæ, altaria, Imagines, traditio, officium proprium, ſolitũ illi antiquitus celebrari in Suellenſi Epiſcopatu extẽt: quæ vera monumenta ſunt; nõ ad inſtar eorũ, quæ dub. 23. petijt, ſcilicet Templorum, Abbatiarum, & Caſtellorum: Et ſi de illius ſanctificatione in vtero matris, natiuitate, & Canonizatione, hoc modo poſſibile foret extaſſe; dediſſemus vtiq. & impletũ eſſet deſideriũ ſuũ ex ipſis, & Sanctus reſpõdiſſet inimicis ſuis in porta: Sed ſufficiãt pro monumẽtis, quę in ijs deſcripſimus. Reſol. 1. e dictis. ad Dub.

I Denique

Reſolutio. 2. ex dictis. Denique dicimus, quod cũ Chroniſta hic docte, ac prudenter, & verè animaduerterit cum quãta circumſpectione loquuti ſunt, hac de re omnes Sancti, ac Eccleſiæ Doctores, propterea in ſolutione ad dub. 41. 36. 47. 48. & in præſenti probauit, Doctorem iſtũ minus verè eos citaſſe, & minus percepiſſe Doctrinam. Videamus ergo nunc, ſi hos tres Sanctæ Eccleſiæ Paſtores Calaritanos etiam temere, & ex proprijs, in rebus Sancti Georgij loquutos fuiſſe; ad inſtar ſui; etiam affirmabit: Et redarguendos cum chroniſta dicere audebit?

Dubium L.

ENimuero, vt ea quæ diximus in ſuperioribus miſſa faciamus, ferè omnes affirmant, non fuiſſe Iacob ſanctificatũ in vtero: nec obſtat quod Paulus ad Rom. dicat de ipſo, Cum enim non dum nati fuiſſent, &c. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quia verò huius loci auct. adducti Doct. aliqui contendunt fuiſſe Iacob in matris vtero ſanctificatum, vide Cartuſianũ ſup. c. 3. Dan. eos repræhendit Benedictus Pererius diſput. 5. ſup. cap. 25. gen. dicens. Non ſatis tutum reor aſſeueraſſe quidquam, ſed ſatius eſt aſſenſum pariter, & diſſenſum ſuſtinere, quia fundamenta illius opinionis parum firma ſunt. Hoc ipſum dicendum de Sampſone quamuis Iudic. 3. habeantur hæc verba. Nazaræus vocabitur ex vtero matris ſuæ.

Solu-

Solutio ad L.

IN ſolutione ad Dub. 44. diximus extra propoſitum loqui virum iſtū, quia nos non contendimus ſantificationẽ Sancti Epiſcopi Georgij haberi in ſcripturis ſacris, ſeu ab illis deduci, ſicut aliqui Doctorum contendunt de Iacob, & Sampſone. Et Benedictus Pererius, quem iſte citat, neminem propter hoc repræhendit, cum & ipſe repræhenſione carperetur: quia dicit, vtramque partem eſſe probabilem, illis verbis; Sed ſatius eſt aſſenſum pariter, & diſſenſum ſuſtinere. Non ergo ad propoſitum ſunt iſta contra ſanctificationem ſancti Epiſcopi Georgij in vtero Matris, quia ipſam haberi in ſcriptis, haud probare nitimur, imò non haberi affirmamus. Et non timet homo iſte nunc ſecundo duos illos, viros fortiſſimos iterum debellare: quorum primus Angelum ſuperauit, ſecundus verò, maxilla Aſini tot Phyliſtinorum centena occidit? caueat ne illi obuij fiant, præſertim ſecundus, qui armatus incedit, & Aſini maxilla perſequitur inimicos.

Sup. ad du. dub. 44.

Ben. Perer. ſupra c. 25. gen.

Gen. 32.

Iudic. 15.

Dubium LI.

D*E ſanctificatione Virginis Glorioſiſſimæ Mariæ Dei Genitricis, nihil hic, eſt enim ſumme certum,*

vt videre eſt in eodẽ Doctore Suarez. Tom.3.3.p.Sect. 1.diſp.3.q.27.& in Catheri.lib.4. vbi dicitur,id eſſe fidei Dogma, & reprehendit Gaietanum, quia dixit tom.2. opuſc. tract.1. cap. 1. eſſe tantum probabilem, ac piam opinionem. Quid ergo dixiſſet de ſanctificatione in materno vtero ſancti Epiſcopi Suellenſis?

Solutio ad LI.

DIxiſſet Suarez, quod & nos, ſcilicet; quod Sancti Epiſcopi Georgij ſanctificatio in vtero Matris, non haberetur in Scripturis Sacris; ſicut neque ſancti Ioſeph, neque ſancti Iacobi minoris, neque ſancti Remigij, neque ſanctæ Aſellæ. Sed quid inde infertur? nunquid, quia ſanctificatio Glorioſiſſimæ Virginis non eſt in ſcripturis, Ideo non fuit ſanctificata? ſed iam confitetur eſſe ſummè certum. Nos verò, quam vos ſummè certũ dicitis ſanctificatam, præſeruatam à labe peccati originalis tenemus. Quò titulo à Patribus in Concilio Tridentino, congregatis, donatam legimus: neque ſub illa Diui Pauli ſententia; ſcilicet, Omnes in Adam peccauerunt; comprætendere auſi ſunt, ſed dixerunt. Declarat tamen Sancta hæc Synodus, non eſſe ſuæ intentionis comprætendere in hoc decreto, vbi de peccato originali, agitur Beatam, & imma-

Sãctiſſ. Virgo ſine peccato originali concepta.

Concil.Triden.Seſſ.4. cap.5.

maculatam Virginem Mariam, Dei Genitricem Hæc concilium. Ideo præſeruatam ab omni labe peccati originalis eã affirmaſſe nõ penitebit, quam conſenſus Patrum in Spiritu ſancto congregatorum, non comprehendi ſub decreto de peccato originali dicunt, & immaculatam nominant, & proclamant. Ratio etiã hoc comprobat. Quid enim amplius pro matre, ex cuius carne carnẽ accepit, feciſſet, quàm pro Ioanne ſeruo, ac prænũtio? hoc enim dixit Vener. Beda. Hæc enim Virgo ita plenam gratia, dixit Angelus; quod eam ſit aſſequuta gratiam, quam nulla alia creatura aſſequuta fuerat; vt ipſum gratiæ concipiat, & generet auctorem: & Theotocos, ideſt, Dei genitrix meruit appellari. In huius filij tantę matris perſona S. Aug. contra Manichæos ita loquitur. Si potuit inquinari mater mea, ò Manichæe, cum ipſam, ipſe facerem; potui & ego coinquinari, cum ex ipſa carnẽ aſſumpſerim, & ex ipſa naſcerer. Clariſſimum ſanè teſtimonium protulit ſanctus Auguſtinus, de puriſſima, & immaculata conceptione Virginis Glorioſæ.

Beda. ſupr. c. 1. Lucæ. & in Hom. fer. 4. quat. temp. Dec.

S. Aug. contra Manic.

Quare dicendum erit verius ipſam præſeruatam, quàm ſanctificatam poſt lapſum. Sed ſi de ſanctificatione Virginis Mariæ Dominæ Noſtræ, ac Reginæ Angelorum, ait, nihil hic, ad quid in mediũ propoſiti certaminis attulit?

non aliter,vt opinantur multi,quam vel vt nõ præſeruationis priuilegio gauiſam fuiſſe oſtenderet, vel vt probabilem,ac ſolum piam opinionem à Gaietano habitã fuiſſe demonſtraret; & ad hoc tendit illud conſequens inde illatum; quaſi diceret: Si de ſanctificatione Virginis,eſt qui dicat,tantum eſſe probabilẽ, ac piam opinionem: Quid ergo dixiſſet de ſanctificatione in vtero Matris, ſancti Epiſcopi Ceorgij Suellenſis?cui iam in principio huius ſolutionis ſatisfecimus.

Dubium LII.

HAec dixi quia cupio, vt in rebus ſpectantibus ad hoc noſtrum Sardiniæ Regnũ, recte procedatur, nec vllus extra ipſum aliqua nos cenſura notet, maximè verò in rebus tanti momenti, vt ſunt Sanctorum vitæ, facta, laudes, ortus ipſorum, cultus, & reuerẽtia.

Solutio ad LII.

CEnſuram Regni, qui ſibi nõ vocatus aſcribit; dolores parturientis ſibiipſi conci-
2.Reg.15. liat. Interrogetur formoſus Abſalon, quid profuit ſediſſe in porta, & ſolicitaſſe corda venientium ad Iudicium, dixiſſeq. eis; Non eſt qui te audiat,conſtitutus à Rege. Quis me conſtituat Regem ſuper terram, vt ad me veniant

niant omnes, &c. Infœlix ſanè euentus. Tulit Ioab, tres lanceas, & infixit in corde Abſalon, &c. Cenſoris ergo officium eſt, cum ei à Superiori mandatur, quæ ad Regnum ſpectāt perſcrutari, vt in eis rectè procedatur: ſed prudentis eſt, quæ dicenda ſunt, perpendere: præcipuè ſi res Sanctorum ſint: quia ſemel emiſſum verbum irreuocabile volat, & multa ſunt, ait, S. Aug. eloquenter prolata, quæ non ſunt ſapienter dicta. Et in prologo retract. ait: Qui primas non potuit habere ſapiētiæ, ſecundas habeat partes modeſtiæ: quare quæ cupiat Doctor iſte de Regno noſtro Sardiniæ, vel verius de noſtra fideliſſima Patria Calaritana, cuius conciuis eſt ſanctus Epiſcopus Georgius, ſatis, ſuperq., & doctis non latet, & ſtultis patet. Et vt S. Ambroſius lib. 2. de Virginibus, dicebat: Bona Domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci, ac primo prætendat ingreſſu, nihil intus latere tenebrarum, tanquam lucernæ lux intus poſita, foris luceat. Si igitur hoc in Doctoris huius apparuiſſet ingreſſu, neque tot fuiſſet calumnijs conatus inficiari ſanctum Epiſcopum Georgiū, & quod valde notandum eſt, nunc denuo per Epiſtolam ea refirmare, & multa denuo addere non attendiſſet: credidiſſemus vtique ſibi. Sed qui hæc fecit, quomodo ſtare iſta non poterunt in memoriam eius? præſertim cum Dub. 11.

2. Reg. 18.

S. Auguſ. de Doctrina Chriſtiana. In prol. retrac.

S. Amb. lib. 2. de Virginibus.

dicat, quòd hoc facit tanquam vnus ex Canonicis, & Doctoribus Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ? Quaſi hoc verbo dicere velit, ſibi ab illis commiſſum præſens certamen? quod omnes pariter negant, mirantur ac ſcandalizantur, quod Canonicus Sanctæ huius Eccleſiæ, quæ Metropolis, ac Primaria Regni eſt, tale opus contra Sanctum, cuius ſolemnitas & officium celebratur, aſſumpſerit. Sicquè in ijs D. Archiepiſcopus, & Capitulum, necnon, & vniuerſi Marchiones, Comites, Vice Comites, Equites, Conciliarij, Ciues, Populusq. vniuerſus illi aduerſantur. Solus ergo cenſor eſt, à ſe ipſo cõſtitutus vir iſte, vt iuxtà ſuum ſenſum in rebus Sardiniæ procedatur: & nihil in Sardinia reformandum cenſuit, niſi quod ſanctus Epiſcopus Georgius non colatur, vt Sanctus. Caueat ergo ne pœna tanti ſcæleris morte præuentus luat, dicitur enim à Sardis, cum Santu, & cum macu non quærjas burlari. Vigiliarum ſuarum, Sapientiæ, ac pietatis in Sanctum fructus hic eſt. quæ Dominus Archiepiſcopus, dilucidè, ac piè ad Illuſtriſſimos Cardinalis ad Dubium 49. ſcripſit.

Dub. 11.

Quomodo tota Ciuitas, & Capitulum Galaritan. viro iſti contra dicunt.

ad Dub. 49.

Du-

Dubium LIII.

NOn hic recẽſeo plurimos hæreticorum errores circa hoc, tum quia non attinet ad præſens negociũ, tum etiam quia in fonte videri poſſunt, apud Petrum Canicium lib. 1. de verbi Dei Correptione cap. 1. Henriquez, cum reliquis quos ipſe citat lib. 2. de Baptiſ. ſacram. Apud Suarez tom. 3. de Sacram. Baptiſ. ſect. 3. diſp. 27. Denique apud Alphonſum de Caſtro lib. 3. aduer. hæreſ. Hactenus de ſecundo dubio, Veniamus ergo ad poſtremum.

Solutio ad LIII.

SI Doctor iſte recenſiſſet plurimos hic Hæreticorum errores circa hoc: & illi ad præſens negociũ non attinent: ad quid ergo opus fuiſſet recenſiſſe? ſolum in vna quaque re illa referenda ſunt, quæ ad illam pertinent, cæterum à diſparatis procedere erit; Optimè ergo fecit, ac prudenter, non recenſiſſe, ſed non multum deſcripſiſſe; quem oro, quod non remittat nos ad fontes peſtilentiæ amplius, cum non ſit opus nobis, quæ ad pręſens negocium non faciunt quærere, præſertim errores hæreticorum. Hæc igitur ſunt, quæ pro ſecundo huius viri dubio viſum fuit reſpõdere, in quo quàm non fœliciter illi euenerit, Doctiorum hominum ſit ſententia. Ad tertium, ergo veniamus, &c.

Tertium Dubium Ioannis Sini, & in ordine Dubium LIV.

NEque vero dubium hoc tertium leue eſt: cum ſacri Canones tanto rigore vtantur in hac parte. Siquidem, vel in ipſis Eccleſiæ primordijs non committebant, vt aliquis, aut in Epiſcopum conſecraretur, aut ordinaretur Sacerdos, quin triginta ætatis annos ad minimum expleuiſſet C. vt in vet. leg. 77. *diſt. c. ſi quis triginta, & c. Presbyter ante triginta.* 38. *diſt. c. qui in aliquo.* 51. *diſt. &c.*

Solutio ad LIV.

TErtium hoc dubium leuiſſimum omnium præſcriptorum eſt, & quam falſiſſimum ſit, in primordijs naſcentis Eccleſiæ triginta annorum ætatem expectatam fuiſſe, in conſecrandis Epiſcopis, ſed neque in ordinandis Sacerdotibus: infra in Solut. ad Dub. 60. doce bimus: quia ibi adducit vir iſte (pro ineptis, ac indoctis) auctoritatem ſacri Concilij Apoſtolorum, malè, ac non ſecundum rei veritatem perceptam, & declaratam, vt quæ hic imperitè nimis adducit, confirmare poſſit.

Sup. ad du. 8. & 12. Canones etiam omnes ab Alex. III. & deinceps, loquuntur: quos iſte Doctor ſicut & cętera adhuc non percipit; diſtinguat tempora, & concordabit iura.

Du-

Dubium L V.

VT etiam apparet in Concilio Agatenſi, quod celebratum fuit anno 430. videlicet octingentis annis ante hunc ſanctum Epiſcopum Sardum. cap. 7. ſtatutum, ac decretum fuit, ſequentibus verbis. Preſbyterum vero, vel Epiſcopum ante triginta annos, ideſt antequam ad viri perfecti ætatem perueniat, & Diaconum ante vigeſimum quintum, nullus Metropolitanus ordinare præſumat, &c. & in Neoceſarienſi anno 314. vel vt alij volunt, anno 311. ferè idem decretum fuerat, &c.

Solutio ad L V.

COncilia illa non fuerunt generalia, ſed prouincialia: quare eorum decreta quibuſdam tantum Prouincijs concernebant. Sed vt quomodo, abſque intelligentia prædictorum conciliorum loquatur Doctor, appareat: Notandum eſt, quod tempore illo mortuo Metropolitano Epiſcopo, omnes Comprouinciales conueniebant in vnum, ad eligendum ſucceſſorem, vt apparet in hiſtoria ſancti Nicolai, vbi dicitur. Dei admonitu Miræam, quę Licię Metropolis eſt, venit. quo tempore eius vrbis Epiſcopo mortuo, Prouinciales Epiſcopi de ſucceſſore deligendo conſultabant &c. Mortuo verò Epiſcopo Dięceſano

Nota valde.

Hiſt. S. Nicolai.

ſano Metropolitanus ſucceſſorem eligebat, vt apparet in Epiſtola ſancti Gregorij Papæ ad Ianuarium Epiſcopum Metropolitanum Sardiniæ, ait enim. Peruenit ad nos in loco, qui intra prouinciam Sardiniam dicitur Phauſania, conſuetudinem fuiſſe Epiſcopum ordinari: Hortamur fraternitatem tuam, vt illic ſecundum priſtinum modum ordinare feſtinet, Antiſtitem talem, videlicet, qui ad hoc opus moribus, ac verbo idoneus exiſtat, &c. Vel mortuo Epiſcopo Metropolitano, ſeu Diœceſano, Clerus & Populus de eligendo ſucceſſore conſultabant. Vt apparet in hiſtoria ſancti Ambroſij Epiſcopi, quæ ſic habet. Mortuo Auxentio Arriano Epiſcopo, Populus de ſucceſſore deligendo diſſidebat: de repente puero Ambroſium Epiſcopum declamante, vniuerſi Populi vox erupit, Ambroſium Epiſcopum depoſcentis: Et quoniam, vel Epiſcopi, vel Populi Prouinciarum in quibus concilia illa celebrata fuerunt, eligebant, vt in plurimum, Affines, ſeu cognatos iuuenes; ſenioribus dignis relictis; propterea de non eligendo in Prouincijs illis, homine minoris ætatis, quàm triginta annorum, decretum illud factum eſt.

S.Grego.in reg. ad Ianuariū Sardiniæ Metropolit.

Hiſt.S.Ambroſ.

Not. 2. Secundo notatu dignum eſt, vt habetur d. 63. cap. Adrianus, Adrianum Papam Carolo Regi tradidiſſe Ius, & poteſtatem eligēdi

d.63. cap. Adrianus.

Epi-

Epiſcopos per ſingulas Prouincias ſibi ſubie-ctas; Hoc idem Leo Papa Octauus, conceſ-ſit Imperatori Leoni, vt habetur in cap. In Synodo, diſtinct. 63. Tandem, electio Epi-ſcoporum à tempore Gregorij Papæ Septi-mi, deuoluta eſt, aut reuocata ad Clerum. Deinde iterum deuenit ad Collegia Canoni-corum: iſtaque vltima, vt conſtat ex decre-tis Innocentij Papæ Quarti, Gregorij Noni, Nicolai Tertij, & Bonifacij Octaui, & habe-tur in ſexto, de electione: durauit multis ſæ-culis, centeniſque annis, ſcilicet, vſque ad Clementem Quintum, vt patet ex eiuſdem Clemẽtis Conſtitutionibus, in Concilio Vien-nenſi factis, de electione, in Clement. Poſtea verò datum eſt, & conceſſum à Romanis Pon-tificibus, Regibus tanquam Eccleſiarum Pa-tronis, Ius nominandi, deſignandi, & offe-rendi Epiſcopos, ab ipſo Romano Pontifice inſtituendos. Ex quibus colligimus, quòd, cũ ſanctus Georgius Calaritanus floruerit, eo temporè, quò Canonici ipſi ſibi deligèbant, & deſignabant Epiſcopum, videntes virum omni virtutum genere florèntem, Græcis, & Latinis litteris pollentem, eſt certũ ſibi San-ctum iſtum in Epiſcopum delegiſſe. Et cum tunc circa ætatem triginta annorum Epiſco-porum eligendorum, nihil ſtatuerit vniuer-ſale Concilium, ſeu Conſtitutio generalis; fuiſſe

d. 63. cap. In Synodo. Decret. Innoc. IIII.

Greg. IX. Nicol. III. Bonif. VIII In 6. de elect.

Clem. V. In clemen.

Quãdo, & quomodo S. Georgios fuerit creatus Epiſcopus Suellẽſ.

fuiſſe omnium conſenſu electum ſanctum iſtū in Epiſcopum Suellenſem; propterea q. nulla illi opus fuiſſe diſpenſatione, ſed tantum confirmatione ſummi Pontificis. Tertio reſpondemus, quod dato, & conceſſo quòd concilia illa Generalia fuiſſent, & totum mundum obligaſſent, tamen noſtra ſententia cum Communi Theologorū eſt, ſcilicet, Concilium nō eſſe ſupra Papam. & cum conſtet, vt conſtat, ſanctum Epiſcopum Georgium Suellen. fuiſſe conſecratum in vigintiduorum annorum ætate, & in Regno Chriſtianiſſimo Sardiniæ, & tam circa Romanam Curiam: pro certo habendum, non fuiſſe factum ſine Romani Pontificis preſcientia, ſi neceſſaria foret. Quare ex ijs Concilijs nihil contra ſanctum Epiſcopum Georgium Suellenſem probare potuit Doctor iſte.

Dubium LVI.

Nam Dominus Noſter trigeſimo ætatis ſuæ anno baptizatus eſt, & ſic cæpit docere. Siquidem in duodecimo ætatis ſuæ anno inuenerunt illum parentes eius in Templo interrogantem in medio Doctorum, cum pueritia apta non ſit, ad hoc vt quis doceat, & magiſtrum agat. Et ad hoc alludit magnus Gregorius in Ezech. c. 1. dicens; Hoc autem quod dicitur, quia in trigeſimo anno ſpiritū prophetiæ acceperit, indicat aliquid nobis conſiderandum, videlicet, quia iuxta rationis

tionis vſum, doctrinæ ſermo non ſuppetit, niſi in ætate perfecta. Vnde & ipſe Dominus anno 12. ætatis ſuæ in medio Doctorum in templo non docens, ſed interrogans voluit inueniri. Seruans hoc docendi munus in annum trigeſimum. Idem etiam ſacer eius Præcurſor Ioannes præſtitit &c. Ex quo liquido conſtat, mundi lumen eiusq. ardentem, ac lucentem lucernam, in annum trigeſimum munus prædicandi reieciſſe, &c. Vnde & Chriſtus, & Ezechiel, & Ioannes Baptiſta, & nonnulli Prophetarum, non leguntur ante hoc tempus prophetaſſe.

Solutio ad LVI.

HAec ſunt argumenta fortiſſima tertij dubij viri huius, quæ ſatius fuiſſet, ſutoribus quàm nobis propoſuiſſe: quid dico nobis? ſupremo Eccleſiæ Pontifici propoſuit, & dicit, non eſſe leue hoc tertium dubium? O ſancte Deus: conceptum ſermonẽ tenere quis poterit? Sed in forma argumenti ponamus dubiũ, vt facilius videri poſſit vis illius. Chriſtus Dominus in trigeſimo anno baptizatus eſt. Ergo Epiſcopus non poteſt conſecrari ante trigeſimum annum? Chriſtus Dominus in duodecimo ſuæ ætatis anno inueniri voluit in Templo, non docens, ſed interrogans: Ergo Epiſcopus non poteſt conſecrari niſi in trigeſimo anno? Ioannes Baptiſta, & Hieremias in trigeſimo anno munus prophetiæ ac- Iob. cap. 1.

ceperunt. De Hieremia verum eſt; de Ioanne verò, falſum eſt: quia in vtero Matris, Spiritu ſancto plenus, dicitur; Prophetant matres ſpiritu paruulorum. Ergo Epiſcopi, &c. Quis non ridebit hęc argumēta legendo? Ho minis ſanè parum ſapientis eſt, ex allegorico ſenſu, argumentum efficax velle deſumere; & quę ſanctus Gregorius, Doctiſſimè, iuxtà ſpiritualem ſenſum adduxit, ea in argumento efficaci, ac litterali producere.

Luc. 1.

Not. valde de ætate Epiſcoporū.

Sed vt quàm falſa ſint propoſita, de ætate Epiſcoporum appareat; ſciendum eſt; multos ante trigeſimum annum ſuæ ætatis, ad Epiſcopatus dignitatem fuiſſe aſſumptos: ex quibus hic aliquot recenſere libet. Remigius ſanctiſſimus Rhemorum Epiſcopus; Auctore Sigiberto in Chronicis: natus eſt, Anno Chriſti 449. creatus autē fuit Epiſcopus; Anno Chriſti 471. qui erat ſuæ ætatis 22. Guido Aſcanius Sfortia, Anno Chriſti 1518. natus eſt: vt Auctor eſt Alphonſus Giacon, In dè ſummis Pontif. & Cardinalibus: & à Paulo III. Pontifice Maximo, factus eſt, Epiſcopus Parmenſis: anno 1534. qui erat ętatis ſuę, annus 16. Et ab eodem ſummo Pontifice, iterum creatus Epiſcopus Fanenſis, & ad Germanos legatus miſſus. Ghorus Gherius, ætatis habēs decem & octo, quidquod, in ſummis ipſis Eccleſiæ Paſtoribus, hoc idem accidiſſe dicitur. Nam vt ex

S. Remigius ex Sigib. in Chron. natus an. 449.

Guido A-ſcan. Sfortia. natus an. 1518. ex Alph. Giac.

Ghor. Gherius ætatis 18. creatus Papa. Ioan. XII. dictus

vt ex Luithprando Ticinenſi colligit Cardinalis Baronius tom. 10. ad annũ Chriſti 995. Ioannes XII. Dum Petri Cathedram aſcẽdit; ætatis annos, ad ſummum habere non potuit, quàm decem, & octo. Ecce ergo ad quid profuit argumentum, a Ioanne iſto; vel ab homine ignariſſimo hiſtoriographorum; qui alieno nomine ſubſcriptum tradidit in oculis totius orbis, ſupremi Iudicis; affirmans, non poſſe Epiſcopos conſecrari ante annum trigeſimum ſuæ ætatis; quod quam falſiſſimum ſit, & quam contra rei veritatem pugnet, infra ad Dub. 60. & 62. latius probare intendimus, vbi Doctor iſte verum ſcripturæ ſenſum peruertit, ad hæc quæ ſibi ſoli arriſerunt probanda. ex Baron. to. 10.

Dubium LVII.

VNde etiam Chriſtus, & Ioannes Baptiſta, & Ezechiel, & nonnulli Prophetarum non leguntur prophetaſſe, vel prædicaſſe ante hoc tempus, niſi diſpenſatorie fuerit factum, prout probatur exemplo Hieremiæ, Danielis, Dauid, Salomonis, Ioannis Baptiſtæ, & Pauli. Et ad hoc probandum inducitur, c. ſequens, ſi triginta annorum, non reperiantur ſi neceſſitas expoſuit; & vtilitatis cauſa ceſſante, non fuiſſent conceſſa, arg. text. l. non ſolum. §. fin. ff. de exequut. tit. &c.

Solutio ad LVII.

RIſu dignum eſt, dicere, Chriſtum D.N. diſpenſatoriè prædicaſſe. Nonne ille erat ſapientia Patris? De Ioanne Baptiſta etiam eſt falſum eo tempore cœpiſſe, vt in ſuperiori Solut. probauimus. De cœteris verò, diximus etiam ſuperiori Solutione, non benè ſequi, Ioannes, & Ezechiel anno ſuæ ætatis trigeſimo ceperunt prædicare, & prophetare: ergo Epiſcopi non poſſunt conſecrari ante trigeſimum annum; hoc enim a diſparatis concludere eſt.

In eo autem quod ait diſpenſatoriè factum fuiſſe, cū Hieremia, Daniele, & poſſe fieri neceſſitatis, & vtilitatis cauſa (vt dub. 52.) Si res Sardinię cupiebat rectę fieri Doctor iſte, ſanè excuſaſſet ſanctum Epiſcopum Georgium, & ſcripſiſſe potuiſſet de illo, quod Inſula Sardiniæ poſt Sarracenorum deuaſtationem, vno ſolo ſæculo tranſacto, non poterat non opus habuiſſe virorum ad dignitatem Epiſcopi extollendorum. Conſiderata etiam vitæ ſanctitate; potuiſſet quidem partes ſancti Georgij defendiſſe, & affirmaſſe, neceſſitatis, & vtilitatis cauſa, tunc eminēte, prouectum fuiſſe ad Epiſcopale munus, anno ſuæ ætatis vigeſimo ſecundo, quod non incongruum eſt; cum videamus

ad Dub. 52

deamus

deamus hoc noſtris ferè temporibus; ſcilicet, tempore Caroli V. & Adriani VI. Quintium de Ruſticis, nepotem Cardinalis de Valle, anno ſuæ ætatis quintodecimo, conſecratũ fuiſſe Epiſcopum Melitenſem; qui tempore Pij Quarti, in Concilio Tridẽtino, primus in Epiſcoporum ſtetit numero. Quare benè potuit ſanctus Epiſcopus Georgius Suellenſis in viginti duorum annorum ætate, Epiſcopus conſecrari. Et citationes illæ nihil officiunt, cum Papa ſit ſuper conſtitutiones illas, & ſi neceſſitas affuiſſet diſpenſandi, diſpenſaſſe quidem credendum eſt; ſicut & de ſuperius ad dub. 56. enumeratis, de quibus nulla apparet diſpenſatio, factum fuiſſe non dubitamus. Tempore Imp. Carol. V. & Adria. VI.

Dubium LVIII.

QVare quod ſanctum hunc Epiſcopum magiſtrũ conſtituant, imo Paſtorem, & Cleri, ac Populi parentem, in ipſo feruore adoleſcentiæ, arduum eſt, & creditu difficile, atque vt ei fides adhibeatur longa opus eſſet probatione.

Solutio ad LVIII.

COntra negantes principia, ait Philoſophus, non eſt argumentandum. Vir iſte negat hiſtoriam quam ſupra Dub. 22. admiſit, negat traditionem à quingentis fermè annis Dub. 22.

vſque ad nos emanatam, negat cõſuetudinem ab immemorabili hominum tempore, & ſic non eſt in hoc audiendus. Verum quia cauſæ impoſſibilitatis ab ipſo adductę non bene ſonant in auribus piorum, ac deuotorum ſancti Epiſcopi hominum; eas diſcutere viſum,pro honore eiuſdem ſancti, fuit; quia percutere videtur, ſaltim opinatiuè; ſanctum ab vtero ſanctificatum, inſanabili plaga, & furore crudeli,de quibus dixerat Auguſtinus;Quid enim aliud faciunt homines, qui ea quæ ſunt hominum ſapiunt? quod vident credunt, quod nõ vident non credunt, præter conſuetudinem facit Deus miracula,quia Deus eſt;Quid enim ſibi volunt verba illa, Populi parentem,in ipſo feruore adoleſcentię? nunquid per Populi parentem, mulieres pulchras,ac ſpecioſas,& per feruorem adoleſcẽtiæ,eſtum libidinis intelligit vir iſte? O ſancte Deus! Si Populi parens, & maximè mulierum, fuit, præcinxit Deus lumbos illius, & poſuit eum in feruore ipſo adoleſcentiæ in forti certamine,vt vinceret, & mendaces oſtenderet eos, qui maculare volunt illum. Repreſſit enim Sanctus iſte prauos motus,oratione:domuit,ieiunijs:repulit,diſciplinis: frenauit, vigilijs:& impolluto calle, mundi curſum peregit. Sed quid amplius de Sancto iſto quærimus? quam vt ſanctificatum in vtero matris legamus, & ſtatim

S.Aug. Ser. 147. de tẽpore. Sap.

trium

trium dierum ieiunio ab vberibus matris aſſuefactum,& in pueritia bonis moribus deditum,ornatum græcis,ac latinis literis, clarum miraculis, omnisq; ſanctimoniæ genere pollẽtem? Nonne hęc omnia,& ſingula ſufficiũt vt ſit facile creditu, hunc ſanctum in ipſo feruore adoleſcentiæ conſtitutum, fuiſſe Magiſtrum,Paſtorem Cle ri,ac Populi,& præcipuè Mulierum parentem? non ergo longa, ijs qui ſano,ac pio ſenſu gaudent,opus eſt probatione,vt fides ei adhibeatur. Si bonum eſt viro, dixerat Hieremias, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua,quanto magis à ventre? Hoc ergo viro iſti difficile,atq; arduũ creditu,pijs viris,& nobis facillimum, atq; certiſſimũ eſt, quia Sardi à progenitoribus ſumus Calaritani deuotiſſimi Sanctorum omnium,& pręcipuè noſtrorum, quibus Sardinia illuſtratur, quæ in multitudine electorum gloriatur, & habet laudem.

Thren. 3.

Eccli. 24.

Dubium LIX.

NOn ob hanc ſolum rationem,& propter ea, quæ ex Sanctorum Patrum Doctrina retulimus,& ex ſacris Concilijs, &c.

Solutio ad LIX.

HAec ratio de feruore adoleſcentiæ Sancti Epiſcopi Ceorgij,quã futilis, ac parũ

ſapiens fuerit, in ipſa ſui ſolutione apparuit. Sanctorum Patrum Doctrinæ, à Doctore iſto minus perceptæ, & Concilijs Sacris, in ſolut. ad dub. 55. ſatisfecimus, & ſequenti cæterorum maximo, plenè ſatisfaciemus; quę neq; percepiſſe virum iſtum, ac Doctorem demonſtrabimus.

Ad dub. 55.

Dubium LX.

SEd etiam, quia in primo, quod in Eccleſia celebratum eſt, cui præfuit ſanctus Petrus Papa, actc.6. ad deſignandos Eccleſiaſticos eleemoſynarum diſtributores, quod ſanè munus committebatur apoſtolatum, voluit ſanctus Petrus, vt deputandi, non ſolùm incorrupti nominis eſſent, ac Spiritu Sancto, & ſapientia pleni, quemadmodum Prothomartir Stephanus, vnus ex eis, ſed etiam viri ætate iam matura, vt patet ex ſequenti decreto, & canone. Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem plenos Spiritu Sancto, & Sapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus, nos verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus, & placuit ſermo coram omni multitudine. Si ergo ad hoc vt eſſent præfecti eleemoſynarum oportebat eſſe viros, & hoc in ipſa ſtatim prima naſcentis Eccleſiæ, & Euangelij ætate, in qua meſſis multa, operarij autem pauci, quid opus eſſet ad hoc, vt quis deputaretur Epiſcopus, quod idem eſt, atq; Apoſtolus? præſertim mille, & centum annis poſt Euangelij ſancti promulgationẽ, ſiquidem quadringentis annis ab hinc ſolummodo, cum ſanctus hic Epiſcopus Suellen. obiuit

So-

Solutio ad LX.

SAnctus Auguſtinus dixerat. Eligunt aliqui capitula de ſcripturis, quę ſimplices homines non intelligunt; & per illas decipiunt animas imperitas. Temerarium ſanè eſt, interpretando Sacram Scripturam, eius legitimos ſenſus peruertere. Neq; enim hominis, qui pietatem colat eſt, propria figmēta in ſanctorum iniuriam excogitata, ſacris literis corroborare velle. Quis Sutor non deceptus fuiſſet argumento auctoritate Concilij adducto, in quo Sanctus Petrus Papa prefuiſſe deſcribitur? Sed quàm imperitè, ac contra Sacrę Scripturę ſenſum adducatur à Doctore iſto, vt ſanctū ab Epiſcopatu deponat, audiamus. Eſt maximè notandum, totam vim argumēti poſuiſſe in verbo, Viros, quaſi viros, vel viri, in ſacris literis, pro hominibus maturæ ętatis, ac ſenibus ſemper accipiatur? Quod ſi ita eſt, cū Angelus dixit. Viri Galilęi quid ſtatis aſpicientes in Cœlum; non loquebatur cum ſanctiſs. Ioanne Euangeliſta, qui adhuc in vigeſimo primo ſuæ ætatis anno ſtabat? Sed & Paulus cum dixit. Viri diligite vxores veſtras cū hominibus maturæ ętatis tantum loquebatur? Abſit à fidelium mentē tanta blaſphemia. Sanctus ergo Petrus Papa in Concilio

S. Aug. lib. de Agone Chriſtiano fol. 172.

Act. 1.

ad Cor.

illo voluit, & ordinauit munus illud conferendum eſſe viris, ideſt, non mulieribus; nihil de iuuentute, vel matura ætate curans.

Act. 6.

Sed vt clarius pateat, verba ipſa Concilij adducamus. In diebus illis creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur græcorum aduerſus hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt. Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare mẽſis. Conſiderate ergo fratres viros, ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu Sancto, & ſapientia, quos cõſtituamus ſuper hoc opus. Nos verò orationi, & verbi miniſterio inſtantes erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine. Hæc Concilium; ſuper quo, gloſa interlinealis ait, viros; ideſt, non mulieres. Nicolaus Liranus in gloſa ait. Cum ait viros. In hoc Canone oſtendunt Apoſtoli, Epiſcopos, & Doctores Eccleſiæ, nõ debere corporalibus implicari. Venerabilis Beda ait. Hic iam diſcernebãt Apoſtoli, ſucceſſores eorum, & per Eccleſias conſtitui ſeptem Diaconos, qui eſſent ſublimioris gradus cæteris, & proximi circa Aram Altaris, vt quaſi ſeptem columnæ aſſiſterent, &c.

Concil. primum in Eccleſ. celeb.

Gloſ. interl. gloſ. Nic.

Beda ſup. hunc locũ.

Act. 6.

Vnde, quia ſucceſſores Apoſtolorum, Diaconiq; ſublimioris gradus, qui iuxtà aram Al-

taris aſſiſterent, nullo modo poterant eſſe mulieres ille Græcorum, & Hebræorum: Sed neq; vllę aliæ in poſterum; Sanctus Petrus Papa Præſidens in Concilio iſto, relictis mulieribus ad miniſtrandum epulis, ac menſis, dixit. Eligite vobis viros, ideſt, non mulieres, &c. Vbi eſt ergo matura ætas Epiſcoporum à doctore iſto conficta pro tollendo Sancti Georgij Suellenſis Epiſcopatu? multi ſanè Doctorem iſtum fuiſſe medicum putant; quia nihil de ijs, quæ hic agit, ſapit, cum non ſint eius profeſſionis.

Sed omnino falſiſſimum eſt, ac imperiti hominis ingenium, affirmaſſe in principio naſcentis Euangelij, & Eccleſiæ voluiſſe Sanctum Petrum Papam, deputandos eleemoſynarum largitores, fuiſſe maturæ ætatis, ac ſenes; cum tam Prothomartyr Stephanus, quã Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmena, & Nicolaus, non legatur alicubi, fuiſſe maturæ ætatis: imò contra. Cum primus ſcilicet Stephanus, fuerit adoleſcens, pulcher aſpectu, cœteros exiſtimandum eſt, fuiſſe eiuſdem ætatis. Nota Valde.

Contra veritatem etiam facit, quod initio naſcentis Euangelij & Eccleſiæ, fuiſſent Epiſcopi ſolum illi, qui maturæ ætatis erant. Eſt in primis eiuſdem Eccleſiæ ſponſus Chriſtus Dominus, qui in nocte cœnæ Not. 2. Vide infra circa fi. ante Epiſt. Floreatij.

dile-

dilectum ordinauit Sacerdotem, & conſecrauit Epiſcopum, anno vigeſimoprimo ſuę ętatis, vt ex Yſidoro, Petro Equilino, & ex multis alijs colligitur, & ex cõputatione temporum comprobatur, obijt, namq; anno ætatis ſuæ octuageſimo nono, & ſexageſimo octauo poſt paſſionem Chriſti, quare ſi ex 89. abſtuleris 68. remanent 21.

Yſid. Epiſc. Equil. in vita S. Ioan. Euang.

Nota 3. Minus verum etiam eſt, voluiſſe Sanctum Petrum Papam, vel ſtatuiſſe, in Cõcilio illo, Epiſcopos non poſſe conſecrari niſi homines maturę ætatis: ratio eſt, quia indiuiduus eius Comes Paulus, ordinauit Sacerdotem, & conſecrauit Epiſcopum Thimotheum, in ipſo feruore adoleſcentiæ, cui ipſe ſic ſcribit. Nemò iuuentutem tuam contemnat. Nunquid dicendum erit Paulum feciſſe contra voluntatem Petri Papæ, vel ſacri Canonis Concilij illius? Abſit tanta blaſphemia.

1. ad Tim. 4

Not. 4 Sed vt perſpiciat vir iſte, Lectionum Sanctorum ignarus, omnino contrarium factum fuiſſe initio ſurgentis Eccleſię, & Epiſcopos, vt in plurimum iuuenes, & in ipſo feruore adoleſcentiæ conſecratos fuiſſe, eſt Diuus Ignatius Martir, Sanctiſſimæ Virginis, ac Apoſtolorum contemporanęus, qui Epiſtola ſexta ad Magneſianos ſic loquitur. Et vos oportet non contemnere ætatem Epiſcopi, & ſecũdum Dei Patris omnem vene-

S. Ignatius Epiſt. 6. ad Magneſianos.

venerationem exhibete, & ſecundum quod cognoui, etiam Sanctos Presbyteros ei defer te. Non propter Iuuentutem, quæ in eo videtur arbitrantes contemnendum, ſed in ſapientia Dei obedite, quandoquidem non longi temporis ſunt ſapientes, neque quia ſenes, ſciunt prudentiam: ſed ſpiritus qui eſt in hominibus. Daniel duodecim annorum ſapientiſſimus effectus, & Spiritu ſancto repletus eſt; & illos ſeniores canitiem vanam habētes, calumniatores, & alienæ pulchritudinis appetitiores eſſe manifeſtauit. Samuel etiam cum eſſet puſillus, Nonagenarium Heli Sacerdotē per increpationem redarguit, quod filios ſuos honorificaret ſuper Deum: Hieremias audit à Domino. Noli dicere quia puer ſum. Salomon quidem duodecimo anno ætatis ſuæ regnare incipiens, arduam & interprætabilem mulierum pro paruulis quæſtionem, terribili iudicio diſſoluit. Ioſias verò octo annorum exiſtens, aras & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere, templa deijcere, quæ nō Deo, ſed Dæmonibus fuerant conſecrata. Nā, & falſos Sacerdotes interfecit, vt corruptores, & ſeductores hominum, non Diuinitati, ſed Diabolo ſeruientes; propter quod nō eſt contemnenda iuuentus in Epiſcopis. Iuuenis enim fuit Chriſtophorus Timotheus, ſed audite, quid ei ſcripſit Magiſter. Nemo iuuentutem

Dan. c. 1.

1. Reg. 3.

Hierem. 1.

3. Reg. 3.

tutem tuam contemnat, ſed forma eſto fidelium in verbo, & in conuerſatione. Hæc Diuus Ignatius. Videat ergo Doctor iſte, ſi in ipſa naſcentis Eccleſiæ ætate, conſecrabantur Epiſcopi, in ipſo feruore adoleſcentię? In hac igitur adoleſcentiæ ætate, ſanctus Georgius conſecratus fuit Epiſcopus Suellenſis. Ecce Concilium adductum, ad quid profuit homini iſti.

Dubium L XI.

QVo quidem tempore, florebant in Sardinia plurimæ Abbatiæ, & Monaſteria, & multis retro annis tantus Epiſcoporum concurſus. Nam quingentis amplius annis, ante ſancti huius Epiſcopi electionem (quem è vita migraſſe refert Fr. Serpi In Chron. lib. 2. c. 37. fol. 142. anno 1117. nempe 474.) Hunericus Rex Arrianus expulit ex Aphrica trecẽtos Epiſcopos, qui vt auctores ſunt Sabellius, Martinus, Polonus, & Matthæus Palmerius, in Sardiniam venerunt, quã, & morum probitate, & doctrina Illuſtrarũt Viginti deinde, & vno annis, ſcilicet 493. Tranſmũdus item Arrianus, centum, & viginti Epiſcopos ex eadem Aphrica relegauit, vt volunt Platina, & Sabellus, vel vt Paulus Diaconus, & Iordanus de Saxonia, ducentos, & viginti, quibus cum innotuiſſet perhumanum hoſpitiũ, quo in Sardinia trecenti Priores fuerant excepti, in eam ſe contulerunt, & ſuis litteris, & miræ ſanctitatis exẽplo, magis, ac magis noſtram Inſulam coluerunt, per viginti octo annorum ſpatium, quo in ea fuerunt commorati: quæ benè docta atque inſtructa permanſit in miſterÿs.

ſterijs Catholicæ Fidei, & Chriſtianæ Religionis;prædicantibus ipſis, & Sanctæ Eccleſiæ Sacramenta in Vrbibus,Populis ac Regni locis omnibus adminiſtrātibus; ac etiam per Epiſtolas reſpondentibus ad eas difficultates, quæ ex locis alijs extra Regnum, aſſidue rogabantur; vt conſtat,ex vita ſancti Fulgentij, quam refert quidam ex eiuſdem diſcipulis, qui nuncupatur Felicianus, & opinari licèt eos qui frequentiores exquirebant difficultates,futuros fuiſſe ſuos ipſorum ſubditos, vt ipſis abſentibus,rectè in omnibus procederent.

Solutio ad L XI.

INcōſideratè nimis Doctor iſte garrulatur, exiſtimat ſe, cum rudis ingenij hominibus agere. Sed oportebit in medium, quæ ſcribit adducere. Si anuo ſexcenteſimo quinquageſimo Sarraceni ex Africa per Mare Mediterraneum delati, omnem oram Sardiniæ, ferro & igni deuaſtarūt,Teſte Sigonio, & Sabellio, Sigonius. Sabellius. & deinde anno ſeptingenteſimo vigeſimo,ijdem Sarraceni,omnem Inſulam in ſuam poteſtatem redegerunt, vt Sigonius Volterranus, Volterran. Hieronymus Romanus, Maurolitius, & alij. Hiero. Ro. Et anno Milleſimo,quintodecimo Piſani, & Maurolit. Ex Auguſt. Genuēſes Sardiniam,à Muſati Regis Sarraceni poteſtate abſtulerūt,vt in ſolut.ad dub.24. Iuſtin.Annal. Genu. ad dub.24. diximus;dicat nobis Doctor iſte Io. quis reedificauit Monaſteria illa & Abbatias,quę Sarraceni igni,& ferro dederūt,& S. Aug. narrat Hiſt. S.Au.

hiſtoria,ijs verbis. Hoc tempore Sarraceni in templa Sardiniæ,& ſepulchra omnia Sanctorum Sæuiere, & in primis,locum in quem Sacra Diui Auguſtini oſſa ex Aphrica translata fuerunt, barbara impietate fœdarunt. Quis ergo in ſui eſſe conſeruauit? Quis Doctrinam illam ab Epiſcopis traditam, prædicare toto illo temporum ſpatio nõ deſtitit? Quis Sacramentorum diſpenſationem per totum Sardiniæ Regnum, toto illo tempore adminiſtrauit?ita; vt, cum à poteſtate Muſati Regis Sarraceni Sardinia capta fuit,plures Abbatiæ, & Monaſteria floruerint in illa, vſque ad tẽpus quo ſanctus Epiſcopus Georgius floruit? quæ ſi ita ſunt, vt affirmat Doctor:dicendum erit; Sarracenos capta Sardinia, factos fuiſſe Monachos,& Abbates:conſeruaſſeq. Doctrinam Catholicam traditam ab Epiſcopis illis,vſque dum iterum Piſani, & Genuenſes Chriſtiani veniſſent,in ea regnaturi. Si hoc eſt; O fœlix Sardinia,quæ in ſui deuaſtatione, Sarracenos in Monachos, Abbates, & prædicatores Catholicæ Doctrinæ conuertit? Sed cum hæc à veritate declinent, dicendum erit, hoc tempore quo Sanctus Georgius floruit, non fuiſſe in Sardinia plurimas Abbatias, & Monaſteria,vt vir iſte affirmat.Quæ vnius tantum ſeculi ſpatio,quo Chriſtiani eam in ſui poteſtatem redegerunt,à fundamentis erigi potuerint, & à tantis

à tantis tanq. multis viris Religioſis habitari. Quare in ijs nimis libere, vir iſte loquitur, & abſque computatione hiſtoriarum, dicentiũ, quæ in Sardinia temporibus illis facta fuere. Ex quibus, vt video inferre volebat vir iſte, quod ſi tot Abbatiæ totq. Monaſteria in Sardinia florebant, quomodo conſecratus fuit ſanctus Georgius Epiſcopus in viginti duorũ Annorum ætate? Hic argumentandi modus, quàm parum noceat Sancto, etiam, & pueris patet. Nam anno 1294. Multi erant in Eccleſia Dei maturæ ætatis Viri, & Doctores, Nichilominus ſanctus Ludouicus Ordinis noſtri Seraphici alumnus, ſuæ ætatis anno circiter, decimo octauo ordinatus fuit Sacerdos, & conſecratus Epiſcopus Toloſanus. Quare ſufficiat, quod nos factum nouerimus, quomodo autem factum fuerit conſulat Sanctum. multa enim facta nunc in mundo habemus, quomodo autem facta fuerint, pœnitus ignoramus. Neque enim oportet, in eorum conſideratione immorari. Sufficit enim factum fuiſſe conſtare. Sed de numerò illo trecẽtuum Epiſcoporum, Hiſtoriographi inter ſe diſſident. Petrus Epiſcopus Equilinus in vita ſancti Fulgẽtij Epiſcopi ſic loquitur. Qua propter ſanctus Fulgentius in Inſulam Sardiniæ, cum quadraginta Epiſcopis Catholicis relegatus eſt: &c. Et certè magis rationi cõſentaneum videtur,

S. Lud. Epi. Toloſ. ann. 18.

Pet. Equil. in vit. S. F[illegible]gen.

quàm

quàm quod 300.fuerint,& deinde duceti alij ex ſola Aphrica relegati, quot pœnè nunc in tota Eccleſia inueniuntur Catholica.

Nota. Dicimus etiam Sabellium, & Volterranũ, falsè citatos, cum attentè eos perlegerimus. Denique circa diſſeminatum Verbum Euangelij, Sacramentorumq. adminiſtrationẽ per totum Sardiniæ Regnum ab Epiſcopis iſtis, nullum,præter virum iſtum, eſt qui hoc teſtetur.imò contrarium omnino colligitur ex Topographia ſanctorum, A Primo Gabilonenſi Epiſcopo deſcripta, qui verbo Calaris dicit, Hic ducenti Epiſcopi Aphricæ per Hunericum Regem Vandalorum exulant. Niſi forte dicat Doctor iſtè,nomine Calaris,totum compræhendiſſe Regnum Sardinię,cum caput,& pręcipua Ciuitas,nobilior,antiquior,& ditior Regni ab omnibus ſcribatur Hiſtoriographis, tàm antiquis, quàm modernis: quod ſi confitebitur,confitebor, & ego prædictos Epiſcopos per totam Inſulam diſſeminaſſe verbum Dei, Sacramentorumque adminiſtrationi inuigilaſſe, atque inſudaſſe, & hoc, ſi conſideratione perſtringamus, aliter eſſe non poterat,cum dicat, totam Inſulam bene edoctam, atque inſtructam horum Epiſcoporum Doctrina permanſiſſe. Quæ omnia etiamſi ita fuerint: Tempore verò quo ſanctus Epiſcopus Georgius floruit,omnia direptione inimicorum

Primus Gabil. in Topogra. ver. Calaris.

corum Sarracenorum diruta atque in obliuionem deueniſſe conſtat. Cum à die qua relegati venerunt in Sardiniam, præfati Epiſcopi; ſcilicet anno 474, vſque ad ingreſſum Piſanorum in Calaritanã Ciuitatem, Rege Muſato Sarraceno deuicto (anno, ſcilicet, Milleſimo quintodecimo) interpoſiti ſint, quingenti quadraginta, & amplius anni. Quare hoc tempore non poterant floruiſſe in Sardinia plurimæ Abbatiæ, & Monaſteria. Et ſic Doctor firmauit iſta, deceptus ab amico ſibi in conſortio tali coniuncto, vt Sancti Georgij ſimul poſſent aduerſari, Sanctitati.

Capta Sardin. Ann. 1015. a Chriſtianis.

Dubium LXII.

Eiſdem etiã temporibus, quibus Sanctus iſte claruit tanta increuerat copia non Religioſorũ modo per vniuerſum Orbem diſſeminatorum, verum etiam, & Religionum: vt cum centum poſt annis, de duabus alijs erigendis ageretur, Sanctorum videlicet Dominici, & Franciſci, quæ adeò Eccleſiæ Dei ſeruierũt, & ſeruiũt: maximæ exortæ fuerunt contradictiones (vt ex ipſorũ apparet Hiſtorijs). Reclamantibus Cardinalibus, quibus videbatur tanta Religionum frequentia exiſtente, maius obſequium futurum fuiſſe, ſi potius conuerteretur animus ad eas reformandas, & conſeruandas; quæ iam fundatæ erant; quàm ad alias denuo inſtituendas: Quæ ſufficiens eſt probatio, Eccleſiam tunc non eguiſſe adeò vt neceſſaria foret Apoſtolicæ Sedis diſpenſatio in tot, tantiſque veteribus decretis, ad hoc, vt eſſet Epiſcopus viginti duorum annorum Adoleſcens.

Solutio ad LXII.

Iob.c.8. INterroga Generationẽ priſtinam, & diligenter inueſtiga Patrum memoriam; dictũ fuerat Iob; & ipſi docebunt te, loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia, nam Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manũ malignis. Inter cætera, quæ Doctor iſte magis licentiosè protulit in hoc ſuo memoriali hæc ſunt; in quibus tm̃ ſcęlus contra Religioſos, ac Religiones illius ſæculi deſcripſit; & ad Summum Eccleſiæ Pontificem, Vicariumq. Chriſti Domini præſentauit: qui ſi Patres, & Doctores illius temporis conſuluiſſet, non ita temerè de Religionibus, ac Religioſis Sanctiſſimis loquutus fuiſſet: ſed vt Sanctiſſimo Domino Noſtro, cui hęc præſentauit, notum ſit, quam incuriosè, ac peſſimè de Religionibus, ac Religioſis, eorum temperum, Vir iſte Sermonẽ protulerit, Auctores grauiſſimos, eiuſdem tempeſtatis, in præſentiarum adducere opportebit.

Sigiber. Annn Chriſti. 1116. Sigibertus in chron. a fol. 454. & deinceps, Annorum computationem veriſſimè deſcribens, ita loquutus eſt. Anno 1116. S. Nombertus Ordinis Præmonſtrenſis, fundator, claruit vitæ Sanctimonia, & miraculis.

Anno 1117. Anno 1117. ſanctus Albertus Laudonicæ Ci-

uitatis

uitatis Magiſter, nominatiſſimus, litterarum ſcientia clarus, vir morum honeſtate, & Conſilij maturitate venerabilis, obijt.

Anno 1121. In Præmonſtrēſi Eccleſia cuidam fratri altius de Ineffabili Trinitate; quæ Deus eſt; cogitanti, in matutinis dæmon ſtetit, & ei tria geſtans capita apparuit: Trinitatem ſe eſſe conteſtans, & ob fidei ſuæ meritum Trinitatis viſione eum dignum eſſe affirmās. Sed vir ſanctus Inimici Dolum agnoſcens, conuiciando à ſe eum recedere compulit. Anno 1121

Anno 1131. Ordo Canonicus Præmonſtrenſis, & Monaſticus Ciſtercienſis, quaſi duę oliuæ in conſpectu Domini, pietatis lumen, & deuotionis pinguedinē mundo miniſtrabant; & quaſi vitæ fructiferæ Religionis, palmites circumquaque preparabant; & per omnes ferè Chriſtiani orbis terminos, bonæ opinionis odore diffuſo, Nouas Abbatias, vbi antea dei Cultus non fuerat, conſtruebant. Anno 1131.

De Anno hoc etiam ſic loquitur. Circa hęc tempora pulchra erat facies Eccleſiæ, & decora, diuerſorum ordinum, ac profeſſionum circundata varietate. Dum hinc Clareuallenſes, hinc Præmonſtrenſes, hinc Ciſtercienſes, inde Cluniacenſes Monachi. Tùm & diuerſi habitus, & profeſſionis ſanctimoniales fœminæ; Tum Mulieres Deo deuotæ; tùm etiam Cartuſienſes Monachi, qui paulatim rigore Anno 1131.

diſciplinæ pullulabant in mundo. Sed & Fratres quoque de Hoſpitali, ſub Religioſo habitu continenter viuentes, vbique ſe multiplicando diffundebant: quibus Præſules Eccleſiarum, ac Principes ſęculi, promptiſſimè annuebant, & ſpontè offerebant terras, prata, nemora,& cætera,quæ Monaſterijs ædificandis neceſſaria erant.

Ann.1139. Anno 1139. Gallicana nimis florebat Eccleſia,per Viros Religione, ac Sapientia illuſtres. Inter quos Bernardus Abbas Clareuallenſis,cuius prædicatione,vno die quadrageſimæ,Domus probationis Nouitiorum numero impletur illorum.Qui Sanctiſſimus,ac Religioſiſſimus Bernardus,poſt claros actus,multarumq. animarum lucra,& plurimorum miraculorum inſignia, Anno 1153. Beato fine quieuit,&c.Si plura de his temporibus calumniatis,deſiderat Doctor Ioannes ſcire,accedat ad Sigibertum.

Ann.1153. Obiit s.Bernar.S.Abb.

Quibus ſic ſtantibus, quàm odiosè contra Religioſos, & Religiones illius temporis, loquatur vir iſte,patet.Sed ſi crimen in eis agnouit,quod reformandum,ſeu reſecandum in illis inuenit, vt Cardinalibus ſatius viſum fuerit animũ conuertere ad reformandas, & conſeruandas Religiones prædictas, quam de nouo alias inſtituendas:dicat ipſe Ioannes:qui ſolus hæc affirmat;quæ de talibus, ac tantis viris illius

lius ſæculi habet; vt de illis peſſimè ſcribat, ad Summum Eccleſiæ Paſtorem? Execrabile ſanè in Viro Sacerdote, Religioſo, Canonico, ac Doctore, eſt; quem retardari in conſcientia opus eſt, cum crimen ſit falſum Religionibus, ac Religioſis tàm Sanctiſſimis impoſitum.

Hiſtorias etiã, quas Sanctorũ Patriarcharũ citat, omnino contrarium continere demonſtrabo. Eſt in primis Seraphici Patris Frãciſci, quæ ſic habet. Properante itaque ſeruo Dei Franciſco cũ ſocijs, cõparere conſpectui Sũmi Pontificis Innoc. III. præuenit eum dignatione Diuinæ Clementiæ Dei virtus, & ſapientia Chriſtus; ſuum per viſionem commonefaciendo Vicariũ, vt ſupplicanti pauperculo, & placidum daret auditum, & benignũ præberet aſſenſum. Vidit namq. Põtifex in ſomnis, Lateranenſem Eccleſiã ruinæ forè proximam, quam quidam homo pauperculus, & deſpectus, proprio dorſo ſubmiſſo, ne caderet ſuſtentabat. quem cum poſtea vidiſſet Papa, dixit. Verè hic eſt ille, qui opere, & Doctrina Chriſti ſubſtentabit Eccleſiã. & ſic ad petitionem eius ad omnia ſe inclinãs, approbauit Regulã, & poſtulata cuncta conceſſit, &c. Vbi cõtradictiones illæ, tàm maximæ inter Cardinales exortæ pro hac approbãda Religione? De Angelico Patre Dominico, opus erit hiſtoriã adducere, vt Cardinales reclamãtes in cõtra-

Nota Valde. Hiſtor. S. P. Franc.

Hiſtor. S. P. Domip.

rium audiamus. Dñicus itaq. hortatu Põtificis ad ſuos reuertitur, vt ſibi regulam deligerent; Romamq. rediens ab Honorio Tertio, confirmationem Ordinis Prædicatorum impetrauit, &c. Vbi reclamationes illæ, & contradictiones pro harum Religionum approbatione Ioannes Doctor? non puduit, hæc in facie ſummi Pontificis affirmaſſe?

Notandum verò valde eſt, quod homo iſte ex multitudine Religionũ, ac Religioſorũ in Eccleſia exiſtentium, optat, & contendit ſanctum Epiſcopum Georgium expoliari dignitate Epiſcopali, quod ſanè, non pij hominis imaginatio eſt.

Dubium LXIII.

CVm non etiam conſtet eum fuiſſe Doctorẽ, & verſatum circa veritates vtriuſque teſtamẽti, iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem. cap. Qui Eccleſ. §. Ecce 36. d. & cap. Omnes pſallentes. 38. d. & communiter in cap. Cum in cunctis, de elect. & ſufficienter inſtructum ad enodanda dubia, & contradictores arguendos, ipſorum repulſis calumnijs, iuxtà Apoſtoli doctrinam ad Titum cap. 1. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, &c. Et S. Petrus 1. Petr. 3. ait; Parati eſſe debetis reddere rationem poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide, & ſpe, quæ in vobis eſt: & habetur tranſumptiuè in d. §. Ecce quod ſacrum, & ibi Gloſ. in verb. ſatisfact. inquit, ſcilicet, reſpõdere ad omnes quæſtiones. Nam tantum debent Prælati differre à ſubditis, quantum granum à palea.

Solu-

Solutio ad LXIII.

DOctor fuit,& in veritate vtriuſque teſtamenti edoctus; idem enim de Sanctis Fulgentio, Baſilio, Griſoſtomo,& Damaſſeno legitur in eorum hiſtorijs, quod de ſancto Epiſcopo Georgio in propria habetur; ſcilicet, quod Latinis, & Græcis litteris maximè polluerint. & cum veritates vtriuſque teſtamenti, ſub Græcis, & Latinis litteris comprehendantur; ſequitur, quod edoctus in illis, edoctus etiam in iſtis fuerit. S. Georgius fuit Doct.

Vir iſte Ioannes calumniatus fuit ſanctum hunc Epiſcopum Georgium dub. 4. eo quod redarguerit hominem, qui ſtatim à dæmonio arreptus fuerit: Et nunc oblitus ſui, petit ſanctum calumnia, dicens, quod non fuerit potens contradictores redarguere. Not. 1. ad Dub. 4.

Doctor igitur fuit, redarguitq. contradictores; potens fuit exortari in Doctrina ſana,& paratus reddere rationem de ea, quæ in eo erat fide; ſicuti ex eiuſdem hiſtoria clariſſimè patet; & ſic ſuffragantur illi omnes illæ probationes adductæ ab aduerſario. Fuit denique ſanctus iſte ſine crimine, toto tempore vitæ ſuæ, ſicuti Paſtorem decet eſſe, teſte Apoſtolo Paulo, ad Titum c. 1. Not. 3. Ad Tit. 1.

Dubium LXIV.

SIquidem omiſſa tenera ipſius ætate ad tantã ſapientiam perueniſſe, cum in nullo, vel Auctore, vel Hiſtoria, legamus ea tempeſtate talia Studia in Sardinia floruiſſe; qua teſtatur frater Dimas Serpi, Apoſt. Suellenſis Epiſcopatus diplomata miſiſſe Papam, qui tunc temporis regebat Eccleſiam Dei.

Solutio ad LXIV.

Ad dub. 61. NOn ſatis ſibi cõſtat Doctor. Dixerat dub. 61. quo quidẽ tempore florebant in Sardinia plurimæ Abbatiæ, & Monaſteria, & Paulo infra, de trecentis Epiſcopos relegatis, ait: Et ſuis litteris miroq. Sanctitatis ſplendore, ac exemplo, totam Inſulam illuſtrarunt; quæ benè edocta, & inſtructa in Miſterijs Catholicæ Fidei, & Chriſtianæ Religionis permanſit; nunc autem ſui eloquij oblitus, ait: In nullo, vel Auctore, vel Hiſtoria legimus, ea tempeſtate talia Studia floruiſſe in Sardinia. Quàm ex ijs duabus vult ſibi rationẽ admitti? non primam, quia in ſolut. ad dub. 61. Falſam eſſe demonſtrauimus ſecundam verò admittimus, ſi intelligas per ſtudia: ideſt, Vniuerſitates; ſicuti nunc conceſſum eſt. A Domino noſtro, Rege Philippo Tertio. Et Sanctiſſimo Domino Paulo Papa Quinto. Calari

lari ædificari: Concedimus minimè tunc fuiſſe in Sardinia Vniuerſitates. Sed dicet, ergo non potuit sanctus iſte ad tantam ſapientiam peruenire? Nego conſequentiam; & do rationem. Temporibus noſtris ante Concilium Tridentinum, non erant Vniuerſitates in Sardinia: Verùm Calari, tanquam in præcipua Regni Ciuitate, ſtudia literarum erant, ibiq. floruerunt multi, tàm Græcis, quàm Latinis literis, quorum multi adhuc viuunt, inter eosq. minimus ego. Potuit ergo Sanctus Georgius Calari polluis ſe literis græcis, ac latinis, vti eius habet hiſtoria. Quod autem opponit homo hic de tenera illius ætate, non obſtat, cùm elegerit illum Dominus, vt Eccleſiæ ſuę ſanctę proficeret. Nonne Ioſeph puer erat, cum ingrederetur Aegyptum, & linguam, quam non nouerat audiuit, & inter Principes loquebatur Sapientiam? An non licet Deo, quod vult facere? An oculus huius viri, nequam eſt, quia Deus bonus eſt, ac miſericors in ſeruis ſuis? Ne dicas, ait ſapiens, Quid cauſę eſt, quod priora tempora meliora fuere, quàm nunc, ſtulta enim eſt huiuſmodi interrogatio.

Gen. 41. pſ. 80. Eccle. c. 7.

Du-

Dubium L X V.

ET quamuis verum eſſet Pontificem Summum diſpenſaſſe in minori ætate, adeò notabili huius Sancti Epiſcopi, qui quidem caſus eſſet maximè ſingularis, Cum huiuſmodi diſpenſationibus vſos non fuiſſe Pontifices ſummos ſciamus, etiam cum viris, vita, & miraculis claris.

Solutio ad L X V.

INdoctè nimis loquitur Doctor iſte, cum dicit, ſe ſcire Romanos Pontifices non vſos fuiſſe diſpenſare, etiam cum viris vita, & miraculis claris: quod affirmaſſe, nimis rudis ingenij eſſe in ſuperioribus demonſtrauimus.
Sup. ad dub. 57. 61 Et ſanè Doctor iſte Medicus, potius quàm Theologus ſe eſſe demonſtrat: cum tàm temerè, & ignoranter in iure canonico ſermonem proferat, vt dicat illa, quorum omnino contrarium experimur: Et ipſe habitu noſtræ Religionis indutus hoc ignoraſſe de Sãcto Ludouico, qui ſuæ ætatis decimo octauo anno, conſecratus fuit Epiſcopus Toloſanus, minimè credendum eſt. Et quod maximè perpendendum eſt; hoc præſentaſſe ad ipſum Summum Eccleſiæ paſtorem, qui indies cum quibus placet diſpenſat. Et notum ſit præ-

prędeceſſores ſuos, cum pluribus diſpenſaſſe, vt ad dub. 56. 57. diximus. Ad dub. 56 57. 60.

Dubium LXVI.

Tum conſtare deberet in Regeſtris Pontificatus eius Papæ de tàm rara, & cælebri diſpenſatione, & cum nulla ſit de hac re ſuperſtes notitia, hæc dubitatio augetur.

Solutio ad LXVI.

SI nulla illi fuit opus diſpenſatione tunc, vt ad dub. 60. diximus; quid quęrit nodũ in Scirpo? eius igitur cuius non eſt opus, non oportet haberi dyplomata. Neq; argumentum conuincit, cum ait. Non inuenitur dyploma, ergo non fuit Epiſcopus? Idem enim dicere poſſemus, ſi quis nunc quæreret dyplomata data omnibus illis Epiſcopis ad dub. 57. & 60. 61. adductis: cum non inueniantur in Regeſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ vetuſtate, vèl combuſtione perierunt. Ad dub. 60 Ad dub. 55 60. 61.

Dubium LXVII.

Qvam ſimul cum duabus, ſuæ ſanctitati propoſui, & nunc denuo propono veſtræ Illuſtriſſima

ſimæ Dominationi, vt certior reddatur, eius quod ego peto in caſu præſenti, vt veſtra Dominatio velut huius Sanctæ Eccleſiæ Doctor Superior, & Caput eius, doceat nos, quid præterea ſentiendum eſt ad dubiorum meorum ſolutionem.

Solutio ad LXVII.

SAnè Doctor iſte demonſtrat ſuæ Sanctitati, omnimoda ignorantia Theologiæ, & Sacrorum Canonum, laboraſſe in ijs: quoniam indiès Summi Pontifices ſolent diſpenſare in minori ętate Epiſcoporum; vti ſupra oſtendimus; ipſum etiam Epiſcopum
ad Dub. 56 60. Epiſcoporum, & Vicarium Chriſti, fuiſſe conſecratum Anno Decimo octauo ſuę ętatis; nimis ergo imperitè proponit Doctor iſte ſua dubia Sanctiſſimo Domino Noſtro Paulo Quinto, Pontifice Maximo. In multis ſermonibus, ait Sapiens, inuenietur ſtultitia.

Quid quęrit ergo nunc Doctor iſte cum inferiori Archiepiſcopo Calaritano, ſi hanc cum duabus ſimul, ſuę Sanctitati iam prę-
Eccle. 5. ſentauit? Fugit impius, ait Sapiens, nemine proſequente. Nunquid à ſuprẹmo omnium licet appellare Iudicio? Vel forte quęrit, an contradictorijs implicentur iuſtitię faciendę iura, & ſic poſſit Sanctum à dignitate Epiſcopali deponere, imò, & ab

Al-

Altari exterminare? Sanè non Religioſi, ac Sacerdotis hoc opus eſt, ne dicam non pij amici. Vt autem Doctor ille Superior interpellatus ab iſto, appareat, quid omnes doceat in ijs, quæ poſtulantur de Sancto Epiſcopo Georgio; legatur ſolutio ad dub. 49. vbi plenè, & perfectè, quæ deſideramus deſcribit. Quæ ſanè ſufficient ad Doctoris huius dubiorum ſolutionem. **ad Dub. 49 in fine.**

Dubium LXVIII.

QVod ego tantum cupio. Non verò Sardiniæ detrahere; vt immeritò quidam mihi impoſuerunt.

Solutio ad LXVIII.

MEritò, vel immeritò impoſuerint; Neſcio; Deus ſcit: Sed ſanè non mirandum, quod hoc affirment, quia homo videt, quæ fortis ſunt.

Dubium LXIX.

CVm non modò ego Sardus ſim, verùm fuerunt Parentes mei, ac Progenitores omnes, abſque vlla prorſus exterorum mixtione.

Solu-

Solutio ad LXIX.

Gen.c. 49. HOc verè dubium multi exiſtimant. Sardum eſſe namq; cum hoc memoriali non conglutinatur; Sunt enim quaſi ferrum,
Dan.c.1. & teſta, quæ, vt ait, Daniel, inter ſe commiſceri non poſſunt. Sardus quippè, fortis ſicut ferrum in defenſione Sanctorum, præſertim Sardorũ eſt, Memoriale verò editum contra ſanctum Epiſcopum Georgium, ad increpandum tantum eloquia concinnat, & vt abſorbeat eum de loco ſuo, & neget eum, & dicat
Iob.c.8. non noui te. Quare admiranda res eſt, quod Sardus ſit vir iſte, & ignoret Sanctum iſtum, eius paræchiales Eccleſias, officium propriũ antiquum illius, eius Mitram, Oratoria, Imagines, cultum, ac venerationem, quibus Populus Chriſtianus illum à quingentis annis colit, & maximè Canonicus, cum ſit, & vt ait, Doctor S. Eccleſiæ Calaritanæ, & quæ in illa fiunt ſingulis annis, ignorare fingat.

Dubium LXX.

NEq; huic Eccleſiæ Calaritanæ, cui nunc eſt vnita Suellenſis: cum in illa Canonicatum obtineam.

So-

Solutio Ad LXX.

SAnctam Metropolitanam, & Primatialē Eccleſiam Calaritanam, omneſq; ſimul Inſulæ Sardiniæ Eccleſias, ſemper orthodoxam tenuiſſe fidem, Romaneq; Eccleſiæ obedientiæ paruiſſe; ſanctus Athanaſius de Coepiſcoporum ſuorum ſententia, ad Iouinianū Imperatorum ſcribens, affirmat. Hoc etiam teſtantur Theodoretus, & Nicephorus. Nihilominus tamen, Doctor iſte, qui ſe nolle detrahere Eccleſiæ Calaritanæ ait; ex propriis infra in Epiſtola probare nititur Eccleſiam Calaritanam fuiſſe ſchiſmaticam, & illius etiam Pontificem fuiſſe ſchiſmaticum, obijſſeque ſine pace Eccleſiæ; proptereaque damnandum. Quomodo ergo a verbis ſuis non trepidabit cor noſtrum, cum dicit; Neque huic Eccleſiæ Calaritanæ ſe voluiſſe detrahere? Sed neque argumentum hoc conuincit, Sum Canonicus in illa, ergo non poſſum detrahere illi: ſed hoc ſic. Sum Canonicus in illa, ergo non debueram detrahere illi: factis enim præſumitur de affectu, Reuerendiſſimus Dominus Dominus Franc. Pegna ait. Facta vim habent ad probandum interiorem affectum: & probatur. C. de dolo. de bigamia &c. & adiungit.

S. Ath. ad Iouin. Imper

Theodor. Nicepho. ad. 6.26.

Pſ. 118.

Fran. Pen. in direct. Inquiſ. 2. p. c. quicūq; nu. 6.

Plus

Plus eſt de facto, quam verbo aliquid facere.

C.de dolo. Quid ergo dicemus Viro Canonico affirmãti infra §. 26. Eccleſiam Calaritanam fuiſſe

C.de Biga. ſchiſmaticam, & nunc dicenti, ſe noluiſſe ijs ſuis detrahere illi? Quis credet verbis illius?

Dubium LXXI.

MVlto minus autem, vt detraham huic Sancto Epiſcopo Suellenſi.

Solutio Ad LXXI.

Prou. 26. SIcut noxius eſt, qui mittit Sagittas, & Lanceas in mortem; ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo: & cum fuerit depræhenſus, dicit, ludens feci. Hæc igitur, quæ in hoc memoriali præſentata & quæ in epiſtola, infra ponenda, addita ſunt, aperte demonſtrant quid de hoc ſancto Epiſcopo voluerit, homo iſte; conferantur quæſo verba iſta cũ ijs, quæ ad Dubia ſupradicta attulit, & ad §§. in epiſtola addidit, & eius apparebit voluntas.

Dubium LXXII.

QVandoquidem ab homine meæ profeſſionis, tam execranda impietas, & blaſphemia timenda eſt, per quam ſeueriſſimis pœnis eſſem obnoxius

xius; non fuiſſem auſus, ſaltim præ timore ſubeundi pœnas grauiſsimas, atq. ſupplicium, quòd meo nomine, manuq. ſcriptum delirium tale in conſpectum, & manus ſuæ ſanctitatis, ac Veſtræ Illuſtriſs. Dominationis dare. Vt in me proferretur; ex ore tuo, te iudico ſerue nequam, impie, & blaſphemè.

Solutio ad LXXII.

VOx quidem, Vox Iacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau. Sanè timēda, & tremenda ſunt, quæ propoſuit, & vt ipſe ait execranda impietas eſt. Si ex animo hoc fecit; quod de Viro Sacerdote non credimus. Sed quod deceptus ab aliquo, ijs ſubſcripſerit. Fateor equidem, quod cum hęc perlegi, timore contremuerunt renes mei, tam vigili ſancti oppugnatione perlecta.

Dubium LXIII.

QVin nemo non nouit in hac Vrbe Calaris, in quā notum eſt, me peculiari deuotione deuotum, etiam inter Eccleſiaſticos exhibuiſſe, erga hunc Sanctum Epiſcopum. Cum enim de prophana Domo in Eccleſiam erigenda cogitaretur, ſub Sancti huius Epiſcopi inuocatione, centum libras obtuli, & multo plus elargiar, cum per Sanctam Sedem Apoſtolicā in fauorem huius Sancti; quod ego exopto mirum immodum; meā fuerint deciſa Dubia.

Solutio ad LXXIII.

Prou. c. 27. LAudet te extraneus, Dixit Sapiens, & non os tuum, extraneus, & non labia tua: Si tam deuotus Vir, quare hoc memoriale compegit? Vanæ ſanè vigiliæ, labor caſſus, & ſoliciludo nimia eſt Sanctum ab Altari exterminari voluiſſe, tot Eccleſias ſub illius inuocatione, etiam Parochiales, negaſſe haberi, venerationem, & cultum illius omnino aboleri. Sed neq; eis credo, qui pro recuperanda pecunia illa hoc fecerit memoriale dicũt; cũ de plus elargiendo ſit votum.

Verùm, cum ſæpè ſæpius dubia ſua petat enodari, opus erit primum, Vtrum verè dubia dici poſſint domonſtrare. Methaſtenes Perſa, inter Cogrophos, antiquiſſimus, & magnæ auctoritatis; & Frater Ioannes Viterbienſis, ſic habent. Dubium in vnaquaque ſcientia, ſolum illud dicitur, quod inter viros probos, & doctos illius facultatis, in controuerſia eſt. O ſancte Deus, quid voti non Theologia præditus, cum Sanctorum cultu, ac veneratione habet; vt quæ ignorat, dubia ſua dicat? Dicendum igitur eſt pro enodatione ſuorum dubiorum, Viro iſti ſufficere, ſatiſque ſupereſſe, quod ipſe Chriſti Domini Vicarius, Vrbis, & Orbis Magiſter, ſu-

[Margin notes: Methaſt. — Io. Viterb. ſup. Methaſt. — Quid ſit dubium — Reſol. dubiorum viri huius.]

premæq. veritatis Iudex, non obſtantibus obiectis calumnijs, accuſationibus, & huius Viri Dubijs, Eccleſiam recens erectam, cœteraſq. etiam Parochiales ſub titulo Sancti Georgij Suellenſis Epiſcopi ædificatas, imaginem eiuſdem, cum inſignibus Sancti Confeſſoris Pontificis ornatam: officium, & miſſam celebrari ſolita: Diem ſolemnem in eius feſtiuitate Populo conſuetam indici; in ſui primo eſſe conſeruari voluèrit; Et vt Populus huius ſancti deuotione permotus, beneficia ſpiritualia, à Deo per illius interceſſionem promereri valeat: In eiuſdem feſtiuitate, in hac Eccleſia recens Calari erecta; quam ita obnixè petit vir iſte eliminari, omnibus Chriſti fidelibus Indulgentiam, ac plenariam ſuorum peccatorum remiſſionem cōceſsit: Sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die 18. Februarij 1606. Pontificatus ſui Anno Primo. Paulo V. Pōt. Max. Indulg.cōceſſit in dieS. Georgij.

Quid ergo amplius eo eſt, quod enodari concupiſcat? compleat igitur votum de plus elargiendo, quia non eſt amplius, quid expectet; iuxtà illud Sapiētis, Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio; Sed quodcunq. voueris redde: multòq. melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere; præſertim cum iam imago Sancti hu- Eccle. c. 5.

ius Epiſcopi Georgij poſt examinationem in hac Alma Vrbe ſolitam fieri, conceſſum ſit imprimi, vti Sanctus Epiſcopus, & Confeſſor, cum omnibus illis inſignibus; quæ accuſauit: ſcilicet: Mitra, Baculo Diademate, miraculis, etiam quæ Dub. 3. quaſi illudens adduxit.

Sup.dub.3

Dubium LXXIIII.

Finis ergo, quem in mente præfixum habui, pro illorum enodatione, ſupremum totius veritatis Magiſtrum adiens in ijs, quæ ad fidem, & Religionem pertinent, qui eſt Epiſcopus Vrbis, & Orbis Chriſti Domini Vicarius. Nunc verò Veſtram Illuſtriſſimam Dominationem, noſtræ Sanctæ Eccleſiæ Paſtorem immediatum, Hic eſt, Nè quis forſan extraneus ea nobis obijciat aliquando Nos ignorantia redarguens, qui in rebus tantæ conſiderationis non hæremus.

Solutio ad LXXIIII.

Prou.c.24.

SApiens ſanè ſimili huic fini à doctore iſto in mente præfixo reſponderat. Nè inſidieris quæsò, & quæras impietatem in Domo Iuſti, neq. vaſtes requiem ejus. Si ſupremum totius veritatis Magiſtrum adiens tot falſa protulit Doctor, totq. veritates celauit, qualis debebat eſſe finis in ſua mente præfixus? Sed quid de extraneis timet, cum ip-

ſe

e ſolus inter omnes ſit depaſtus gloriam Sancti? Supremus igitur totius veritatis Magiſter. Quid de fine iſto ſenſerit, ſuperiori ſolutione ad 73. demonſtrauimus. Et iterum Idem Sanctiſſimus Dominus N. Paulus Papa Quintus, aliam indulgentiam, eiuſdem tenoris: Plenariam conceſſit in Eccleſia huius ſancti Suellij conſtituta: ſub dat. Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Anulo Piſcatoris, die nona Auguſti 1608. Pontif. Anno IIII. Et quid de eodem, Illuſtriſs. D. Archiepiſcopus Calaritanus D. D. Franciſcus de Eſquiuel dicat, Omnes audierunt in ſolutione ad dub. 49. Videatur ibi eius Epiſtola ad Illuſtriſſimos Cardinales Sacræ Congregationis Rituum Sanctorum.

ad Dub. 73

ad Dub. 49.

Dubium LXXV.

ET ne Tribunal aliquod maximo omnium noſtrũ opprobrio, ſuam inferens auctoritatem, id reformaret; quin, & ipſum ſuſpenderet cultum huius Sãcti Epiſcopi Suellenſis, non leui nota Sardæ nationis; quæ tam acria, producit ingenia, & eruditiſſimos in omni facultate alit viros.

Solutio ad LXXV.

DOminus Doctor, quod ad hoc acceſſerit Tribunal, non dubitamus. Sed cum tot ſit ſapientiſſimis, ac pijſſimis Præſidentibus,

S. Inquiſ. Offic.

Conſultoribus,& Calificatoribus refertũ eſt, quod illum repulerint, & hoc memoriale, delyrium iudicauerint, multorum iudicio audemus dicere. Quare,ab ijs repulſus: cum hũc habuerit in mente finem præfixum; ſcilicet; eliminare Sanctum ab Eccleſia Sancta Dei; in diuerſa loca mutatus eſt. Primum enim; quendam inſtituit procuratorem in hac Alma Vrbe; Virum ſanè doctiſſimum, & pijſſimum: qui informationem illam Reuerendiſſimo Domino Frãciſco Peña,Cauſarũ Auditori (dub.23. conſcriptam) dedit. Cui ſatisfecimus ibi plenè. hic enim reſponſum illud gaudenter Calarim miſit; quo totam Sanctam Calaritanam Eccleſiam, populumque perturbauit. Secundo. Ad ſuam Sanctitatem miſit: ſimul cum chronica Sanctorum Sardiniæ, à me ędita. Tertio. Ad Dominum Archiepiſcopum Calaritanum præſentauit. Quarto. Ad Illuſtrsſs. Card. Baronium, cum eodem acceſſit, Epiſtolam illam infra ponendam, transmittens. Ijs omnibus vigilijs peractis; nunc timore ſe magno corripi trepidat, ne aliquis maximo Sardorum opproprio iudex ſuam inferat auctoritatem, & Sancti Ceorgij cultum deturbet. Ridiculoſus ſanè timor, & pauidiſſimi hominis eſt; ne dicam Anthenoris.

Dub. 23.

Gaudio equidem quod Sardoæ nationis inge-

ingenia nunc confiteatur, cum eandem Sardoam nationem alibi referat, non potuiſſe illi ſatisfacere in ijs. Quod ibi diximus, nos nullo modo credere; cum, & acria, acutiſſima, ſapientiſſima, & in omni doctrinæ genere verſatiſſima producat ſemper Sardinia. Quæ conſuluiſſe ſatius fuiſſet, quam in deriſum omni populo verba protuliſſe. Dub.

Solutio ad LXXVI.

ET vt meum hunc Zelum indiſcretum non eſſe appareat; nec quem animo concepi metum, grauiſſimi alicuius, & irreparabilis damni vacaſſe periculo, ſubijciam, quod anno ab hinc amplius, religioſus quidam Sancti Franciſci de Obſeruãtia, Natione Caſtellanus, magni nominis Theologus, atq; Concionator, qui appellatur Frater Antonius Indianus, ſatis notus in hoc Regno; concionem habens ad Populum eo die, quo vt dixi huius Sancti Epiſcopi Feſtum celebrari ſolet, in templo recens erecto; ancipiti cura diſtractus hærebat, quoad eius Canonizationem; & in vtero ſanctificationem, ne pro ſugeſtu, quæ cathedra eſt veritatis, aliquid Populum doceret, quod omnis dubitationis vmbra non careret, & certa pro incertis, pro canonicis proponeret apocbripha.

Solutio ad LXXVI.

SAnctus Griſoſtomus Homil. de Nomine Abraam, ſic de quibuſdam zelo eſtuan- S.Griſoſt. Homil. de nom. Abr

 tibus

tibus ait; Vellem vos zelum temperare miſericordia: zelum enim veniam negans, potius furor eſt, quàm zelus; ſed neq; nos de hoc immiſericordiſſimo zelo erga ſanctum oportuit proferre ſermonem. Opus enim ipſum per ſe, quàm diſcretū, quàm modeſtū, quāq. pium ſit, manifeſtat; ſed nihili pendimus
Prou. 12. quæcunq. huius Doctoris, vel ſocij eius ſint; cum certi ſimus, quod non roboretur homo
Prou. 11. ex impietate, neq. radix iuſtorum flantibus ventis commoueatur; quia omni ſeminãti iuſtitias, merces fidelis erit; & non contriſtabit iuſtum, quidquid ei acciderit; quarè metus, & zelus à ſuo marte infixa, alicuius irreparabilis damni, omni modo vacant periculo.

Nota valde. Cecidit in Syllam, Homo iſte cupiens vitare Caribdim; Si magnus Theologus ille Religioſus eſt, quomodo dubitaſſe potuit in Canonizatione Sancti, cuius Eccleſiæ, imagines, officium, ſolemnitas publica, veneratio, & cultus à quingentis retro circiter annis, ab Epiſcopo, Clero, & Populo ſolita ſunt celebrari? Credat mihi Ioannes Doctor, quod ipſum non benè percepit, & ideo omnia, quę ille doctè de ſancto iſto dixit, ad ſuum ſenſum apprimè accommodauit. Et cum illum laudare cogitat, ignorantis hominis crimine ferire non deſinit. Hic ergo magnus Prædicator, & Theologus intelligens

hæc

hæc illi à Doctore obiecta fuiſſe, ſequenti Dominicâ poſt Santi huius Feſtũ, in S. Metropolitana, & Cathedrali Calaritana Eccleſia, aſſiſtentibus Clero, & Populo vniuerſo, Concionem habuit, affirmans eos, qui talia ipſi impoſuerunt, & deceptos fuiſſe, & illum dicentem laudes Sancti, non percepiſſe. Quæ denuò, & affirmauit, & à populo ita tenenda eſſe prædicauit. Ecce ergo quam minus verum teſtimonium attulit Doctor iſte.

Dubium LXXVII.

ET ad hoc adeò incubuerunt celeberrimi rerum Eccleſiaſticarum hiſtoriographi, vt ad ſuas euacuandum dubitationes, & grauibus occurrendum inconuenientibus, ſuos immiſceant Calamos; non in Sanctorum Confeſſorum, ac Martyrum, vitas ſolummodo; verum etiam, in eas quæ, de ſacris erant Apoſtolis conſcriptæ, dubia omnia, atque Apocripha ex illorum legendis, & hiſtorijs ſecernentes; quæ, & ſi notæ omnibus tot retro ſæculis fuiſſent, nulli tamen id offenſioni fuit, quin potius iucunditatem peperit ijs, qui ingenio pollentes, res ad trutinam reuocari vident, vt magis inde veritas eluceſcat.

Solutio ad LXXVII.

VIr iſte in tàm multiloquo gratis & abſque propoſitio, adducto, cogit quæ in animo nobis.

nobis non erant decantare, & ad illa extendere calamum, quæ noluiſſemus attingere; cũ ab illo nunc propoſita, apertè contra libros quatuor de Sanctis Sardiniæ à me editos proclament, quibus petitus calumnijs, ſi taceam, crimen agnoſcere videbor: quia ſemel emiſſum verbum irreuocabile volat; & ſcripta noſtra quę vulgò leguntur, in multas inciderint manus, & nõ ſint iã in noſtra poteſtate. Quare ſatisfacere opus eſt ijs verbis, quibus ſanctus Hieronymus ad Ruffinum. Ingeruntur contra me libri, & omnibus traduntur legendi, ſed nunquid aufertur reſpondendi licentia? Quibus ſic poſitis, ſalua pace eorum quos vir iſte citauit, dicimus, aliquos noſtrę tempeſtatis hiſtoriographos, qui veterum ſententias abrogarunt, nulla auctoritate, vel Auctore commemoratis, pręterquam quę ſibi arriſerunt; in multis defeciſſe, etiam in ijſque de Sãctorum Confeſſorum, Martyrum, & Chriſti Domini Apoſtolorum hiſtorijs ſunt. Deuaſtarunt enim antiquiſſimas traditiones, hiſtoriaſq. vetuſtiſſimas Archiuiorum, quę, vt poſt Bald. Iaſ. & alios, firmat Grauet. de Antiquit. tempor. p. 1. in verb. quarto limitatur: fidem faciunt. Et ſimiliter Auctores grauiſſimos, etiã Sanctos, repulerunt, qui viciniores eorũ temporum fuerunt; & veritati hiſtoriæ proximiores; nulla alia adducti probatione, quam vt cre-

S. Hiero. in Apol. contra Ruffi.

Bald. Iaſo. Grauet. de antiq. tẽp. p. 1. verb. quart. lim. num. 20.

credendũ, eſt affirmantes: quaſi eorum verba ſicut Euangelium, vel Sacra Scriptura in animis omnium admitti debeant. Et ſi quis forte veritatem contra eorum ſcripta, aperire ſit auſus, hunc remaledicendum, retardandum, & calumnioſis verbis imbuendum, quaſi ſacræ Doctrinæ reſtiterit, obnixe curarũt. Trutina enim ad ea probanda deſeruit, quæ non artificis ſtatera ſed populari, ac rudi trutina penſanda ſunt, vt Horatius Satir. 3. & 15. ait. Hac lege in trutina ponetur eadem. Et Cicero. 2. de Oratore. Hæc enim noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectãdos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non artificis ſtatera: ſed quadam populari trutina examinantur. Indignũ ergo fuit tantorum luminum Eccleſiæ vitas, ieiunia, pœnitentias, diſciplinas, carceres, tormenta, ſectiones, & glorioſas pro Chriſto mortes, abiecta æquiſſima ſtatera: omnia ad trutinam reuocaſſe. Hos Doctor iſte, qui ſe zelo honoris S. Calaritanæ Eccleſiæ eſtuari ait, imitari vult, reſque ſancti noſtri Epiſcopi Georgij, a ſtatera æquiſſima in qua manent, ad trutinam reuocari contendens. Quare ſatius fuiſſet eos, quæ de prædictis Sanctis conſcripta erant, in ſua ſtatera æquiſſima reliquiſſe, Populo tenenda; quam ad trutinam, vt ait vir iſte, reuocaſſe. Si ipſemet omnipotens Deus, in quo eſt ſumma

Quid ſit trutina. & quid ſtatera.

Horat. Sat. 3. & 15.

Cicer. 2. de oratore.

veritas ſummaq. iuſtitia, vt iuſtificaretur in ſermonibus ſuis,iniquiſſimi Regis Balthaſaris, peccata ad ſtateram reuocauit,non autem ad
Iob. 31. trutinam. Et Iob orabat Deum dicens:Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes
In quo differant ſtatera,& trutina. meus,appendat me in ſtatera iuſta.Ecce quomodo ipſe Deus non ad trutinam rudem, & popularem vocat ea,quæ ſuo iuſto iudicio iudicanda ſunt.Quid ergo dicemus de ijs qui reiecta æquiſſima ſtatera,Sanctorum Confeſſorum,Martyrum, & Apoſtolorum res benè geſtas,& multis retro ſæculis omnibus notas, ab eiſdem piè receptas,& per grauiſſimos Auctores conſcriptas,ad rudem,falſam,& popularē tutrinam vocauerunt? enimuero in pluribus eorum nemini ſani,ac pij intellectus beneplacitum fuit,eiſdemq. non iucunditatē,ſed ſcandalum, & odium peperit: ſicuti multorum teſtimonio, qui contra ipſos ſcripſerunt, & ſcribunt, apparet;quos potius inuerſores temporum, traditionum, hiſtoriarum ac Doctorum, & Sanctorum appellandos eſſe, quam veritatis lucidæ propalatores cenſemus; ſed quid ex hoc iſte Doctor Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ, vult contra ſanctum Epiſcopum Georgium inferre? dicat, & reſpondebimus ei.

Dub.

Dubium LXXVIII.

ET Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Cardinalis Baronius adeo diligens, & ſolicitus extitit in eiuſmodi, vt nihil nō vocauerit ad examen, quo vnicuique rei ſuus certitudinis gradus aſſignaretur, atque fidei, quæ habenda foret, vt cernere licet in eiuſdem annalibus, quæ regula ſunt, ac libri reliquorum omnium, quibus grauem ſatis, ac modeſtam cenſuram adhibet, affirmando viros ſanctos ad ſuam commendationem, & probationem, hominum laudes non emendicare; quippe, qui habent eam quæ adeo eſt; non enim qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, inquit Apoſtolus, ſed quem Deus commendat, vitæ ac miraculorum eius veritatem manifeſtando.

Solutio ad LXXVIII.

VNuſquiſque in ſuo ſenſu abundat, ait Apoſtolus, ſic, & Illuſtriſs. Cardinalis de quo nihil ad Nos, cum ille de ſancto noſtro Georgio Epiſcopo Suellēſi in ſuis Annalibus, neque verbum fecerit, quia in eius cognitionem non deuenerit vti ſupra in ſolutione ad dubium 18. diffusè diximus. ad Ro. 14. ad Dub. 18

Sed ad virum iſtum, qui cum pecudum paſtoribus agere cogitat, veniamus. Si hominum laudibus Sancti deſtituuntur: quomodo ergo Sapiens ait: Laudemus viros glo-

Eccl.44. glorioſos, qui enim de illis nati ſunt, reliquerunt nomen, narrandi laudes eorum, & ſapientiam eorum narrent Populi, & laudes eorum nunciet Eccleſia? quomodo vitæ, diſciplinæ, Ieiunia, & res benè geſtas eorum, ac martyria prædicantur? ſed acutiſſimi ingenij probatio, illa eſt, quam ab Apoſtolo abſtraxit; ſcilicet. Non enim, qui ſeipſum commendat, &c. Ridiculoſa ſanè probatio conſequentis. Quid enim habet congruentiæ, hominem laudare ſeipſum; cum eo, quod eſt; hominem laudare Sanctos, eorumq. vitam proponere Populo? & quid inde contra ſanctum Epiſcopum Georgium cogitat vir iſte inferre?

2. Cor. 10.

Dubium LXXIV.

ET in huius rei confirmationem, agens Cardinalis Illuſtriſſ. tom. 3. fol. 188. *ſuorum Annalium de Reuelationibus ſanctæ Brigidæ, quæ tanto hominum applauſu per vrbem vniuerſum fuerunt receptæ: ſubdit. Nonne repugnat reuelatum fuiſſe ſanctæ Brigitæ Traiani animam liberatam, & manifeſtatam Mityldo, non eſſe voluntatis Dei, vt ſciant hoc homines? Quare inquit, idem Cardinalis, de tot reuelationibus ipſi factis, vel ipſi potius deſcriptis, eà dumtaxat recipio, quæ Eccleſia recipit, cum ſciamus non potuiſſe iſta conſtare, quæ ſunt adeo inter ſe pugnantia.*

Solu-

Solutio ad LXXIV.

RES quidẽ in ſancti Epiſcopi Georgij Suellenſis fauorem cedunt. Nam ſi idem Cardinalis, qui neque Apoſtolo Petro, pepercit in filia, nihil reformandum, ſeu abolendum in ſancto Georgio Suellenſi Epiſcopo inuenit (Cum libros à me æditos, de Sanctis Sardiniæ perlegit, & alios à Doctore Ioanne Arca (certe non tacuiſſet, ſicuti neque de aliis, quamplurimis, quæ ſibi viſa ſunt non tacuit; vt eſt videre tom. 4. & in addit, ad 11. tom. contra Ioannem Arca ſcribens.

Et quamuis noſtri, hic non ſit propoſiti, ſanctæ Brigitæ partes tueri, nihilominus quæ illi repugnare videntur; Sanctorũ, ac Doctiſſimorum hominum teſtimonio, de Traiani anima, corroborare poſſemus. Eſt ſanctus Damaſ. in ſerm. pro mort. qui ait; Omnis oriẽs & occidẽs teſtis hiſtoriæ iſtius eſt: & Altiſiodor. lib. de Dam. ait. Deus enim nulla ligatur lege, ita quod ſua voluntate abſoluta (quæ ſupra legem poſitam, eſt,) non poſſit cum placuerit, diſpenſare in ea. De Reuelationib⁹ autem ipſi S. Brigitæ factis, ait; Card. ſe, quæ approbata ſunt recipere. Et in ipſius Canonizationis Bulla ſic sũmus Põtifex loquitur, hęc generoſa vidua, per gratiã Spiritu ſancti, promeruit

Not. Vald.

S. Dam a. in ſerm. pro mort. Antiſiod. lib. 4. de damnatis. Sot. in 4 d. 45. q. 2. ar. 2.

Bull. Canoniz. S. Brigitæ.

meruit multas cogitationes,& affectiones intimas, & geſta ſecretiſſima propalare, Viſiones, ac reuelationes varias videre, audire, ac ſpiritu prophetico multa prædicere. R.P. Antonius de Corduba in qq.q. 44. in 4. probat. concluſ. 6. ſic habet. Reuelationes ſanctæ Brigitæ iam probatæ, ac commendatæ ſunt in Concilio Conſtantienſi; & ab Vrbano VI. & Martino V.& tādem ab Eccleſia, modo prædicto ſuſceptæ. R.P. Petrus Canicius de Reuelationibus ſanctæ Brigitæ lib. 1. de B. Virgine cap. 7. ait: Nec grauabor ex Brigita quędam aſcribere, quod huic perſanctæ Viduæ multa ſunt Arcana diuinitus patefacta. R.P. Michael Amedina lib. 2. de recta in Deū fide ait. Quæ falſa ſunt, aſtrologiæ ſunt: quæ vero ſāctæ Brigitæ ſunt: prophetico ſpiritu claruiſſe, Eccleſiaſticæ Reipublicæ euentus quos prædixit, apertiſſimè oſtendunt. Hæc illi. Quare, huius ſanctæ reuelationes, non toruis oculis, neque ſulcantibus vngulis ſunt perſpiciendæ. Sed ad propoſitam litem veniamus cum Doctore: Nunquid hæc eſt Philoſophica ratio? Reuelationes ſanctæ Brigitæ non ſunt omnino admittendæ, ergo ſanctus Georgius Suellenſis Epiſcopus non eſt, in vtero ſanctificatus, non fuit ordinatus Epiſcopus in viginti duorum annorum ætate, neque etiam Sanctus eſt? Ad quid ergo Sanctæ Brigitæ reuelationes in medium

Ant. Cord. in qq. q. 44. concl. 6.

Vrban. VI.

Mart. V.

Canic. lib. 1. c. 7.

Mich. Mede rect. in Deum fid. lib. 2.

dium

dium protulit? quare illis eſt aduerſatus? Nonne ſatius fuiſſet ipſam, apud Deum Patronam habuiſſe, quàm illius reuelationibus contraire auſum fuiſſe? ſed bene quibuſdam dixerat Soto in 4.d.45. q.2. ar.2. Conſultius iſti facerent ſi de ijs, quæ alienæ ſunt facultatis, nihil definirent. Quid? Doctor iſte cum Theologiæ profeſſione commiſcetur? Soto in 4. d. 45. q. 2. ar. 2.

Dubium LXXX.

Haec ſunt, quæ ob prædictas rationes viſum fuit mihi ſuæ repræſentare Sanctitati, quia verò Reuerendiſſ. Dominus Franciſcus Pegña, expedire iudicauit, vt antequam ad ſuæ Sanctitatis manus deuenirent, loci ordinarius, ſpecialem ſumeret informationē, omnium, quæ in caſu prædicto acciderunt, libuit Illuſtriſſimæ, ac Reuerendiſſimæ Dominationi veſtræ, aduentum in hoc Regnum, & Calaritanam Eccleſiam expectare; in qua nunc veſtra Illuſtriſſima Dominatio reſidet, &c. Deus Optimus, Maximus, &c.

Solutio ad Dub. LXXX.

Adeſt iuris Canonici Doctor, in eodem iure, quæ ſint cōſcripta, ignorans. Ille enim Calari, in Sardinia degens, Romæ ſanctū Epiſcopum Georgiū de Sancti nomine male me-

ritum, & me Auctorem retardari proteſtatur. cui S. Damaſus Papa in Epiſto. ad Epiſcopos Italiæ ſic reſpondit. Qui accuſare alium elegerit, præſens ex ſe, & non per alium accuſet. inſcriptione videlicet præmiſſa. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam accuſatores legitimos præſentes habeat, locumq. ſe defendendi accipiat, ad abluenda crimina. Et Calixtus Papa, ad Epiſcopos Galliæ. Teſtis per quācumque Scripturam teſtimonium non proferant, ſed præſentes de his, quæ viderunt, & nouerint veraciter teſtimonium dicant, &c. Et Papa Fœlix. ait: Epiſtol. 2. ad Epiſcopos Galliæ. Abſente aduerſario non audiatur accuſator, &c. Quæ omnia ignorans Doctor, ad ſummum Eccleſiæ Iudicem, non præſens: ſed per procuratores SS. Epiſc. Georgium & Luciferū, & me accuſauit. In reliquo autem eloquij ſui, tria ſunt præcipuè maximè adnotanda; Primum eſt, quod iam ſupra dubio 67. dixerat, ſe iam præſentaſſe memoriale hoc, ſuæ Sanctitati; quod nunc confirmat. Secundum eſt, quod nunc dicit, ſcilicet; ſe non præſentaſſe propter ea, quæ Reuerendiſſimus Dominus Franciſcus Pegña, ſapiētiſſimè commonuit. Tertium verò, & vltimum omni conſideratione dignum eſt, quòd non expectata reſolutione ordinarij loci, quam pro-

mittit,

S.Dam Ep. 6. c. 8. Dur. 2. p. c. 3. q. 9

Papa Cali. Epiſt. 2. decr. 2. p. c. 3. cap. 15.

Papa Fœlix ad Epiſco. Gall. Epiſt. 2. Decr. 2. p. 3. q. 9. cap. 11.

Nota valde.

ſup. du. 67.

mittit, per procuratores occultè, furtiuè, in abſcondito, & odiosè memoriale prædictum ſuæ Sanctitati præſentare fecerit, ipſeq. bombitoris inſtar, qui ignem mittens, & ne percuſſus intereat, fugiens, in Tranſmarina longinqua diſceſſit; quod non ob aliud feciſſe iudicamus, quàm quæ propoſuerat, falſa eſſe omnino cenſuerit, & ſi ordinarij loci ſolutionem, quam petijt expectaſſet, omnino fruſtratum habuiſſet intentum. O Calliditas ficta? ò ſanè odioſa emulatio? ſi expectare nolebat, quare promiſit? ſi promittit, quare non expectat? decepit æquidem Illuſtriſſimum Prçſulem, cuius expectare promiſit ſolutionem. Si Sacerdos Dei ſummi non eſſet, dixiſſem vtique illum decipere voluiſſe, Si vera ſunt, quç proponit, cur in Tranſmarina fugit! Cur timet? Quare non vna mecum Romam venit, vt coram ſuç Sanctitatis pedibus, Illuſtriſſimorumq. Cardinalium Sacrç Congregationis Indicis librorum, conſpectu (quibus hçc à ſua Sanctitate commiſſa fuere) de ijs, quæ tantum ſibi arridet, conſtitiſſet? Si pollet ſcientia in accuſando, cur trepidat in defendendo? Si non pollet, quare accuſat? Ecce ergo quomodo, quæ in occulto fecit, omnibus patent in oculis ſolis.

Hæc igitur ſunt Pater Beatiſſimæ, quæ Auctor.

ob prædictas rationes ſuis locis citatas, viſum mihi fuit veſtrę repræſentare Sanctitati, Vt qui piorum hominum defenſor eſt, ſit Sanctorum, & non patiatur ab iſto homine Sanctorum Cultum, ac Venerationem inter
ſup.du.23. latronem,& ebrium computari;quos in exemplum contra Sanctum produxit; qui vt firmam demonſtret ſuā rationem,in ſancti huius Epiſcopi Georgij odium; Sanctos Patres, & Eccleſiæ Doctores, Auguſtinum, & Hiero-
Dub.46. nymum cum aliqua dubitatione, in rebus fidei loquutos fuiſſe deſcribit. Hieremiæ ſan-
Dub.45. ctificationem in vtero, non ſatis firmam facit. Illuſtriſſimum Cardinalem Bellarminum, minùs verè citat. Sanctificationes in vtero
Dub.12. quorundam,à Sanctis, & Doctoribus deſcri-
Dub.41. ptas, piè credendas eſſe, omnino negat. Et ne multis immorer, quę ſuis locis deſcripſi, ſanctæ Brigitæ Reuelationibus obſtat; non ob aliud,quàm vt ſanctum Epiſcopum,Geor-
Dub.80. gium Suellenſem, à Sanctorum numero excludere poſſit, deturbare, ac eliminare, & quod magis eſt,Canonem Apoſtolorum. Act.
Dub.60. 6. ad ſuam ſententiam contra veritatem ſcripturæ adduxit, propoſuit, ac expoſuit: colorumque adulterinis medicaminum fucis, in mendacium vera mutauit. Et quia non ſatis dixiſſe in hoc memoriali, ſuſpicatus eſt; per Epiſtolam non minus falſam, ac nullius veritatis:

ritatis, eadem repreſentare ac affirmare non eſt virtus, quaſi in hoc vno, omnium deſiderabilium ſuorum ſortem conſtituat. Quibus omnibus Deo adiuuante cum veritate ſermonis ac Sanctorum doctrina ſatisfaciemus. Ex quibus piiſſimi ac doctiſſimi quique, quã iuſtum, quamque pium fuerit, Sanctum hunc Georgium Epiſcopum, ab ore leonis iſtius liberaſſe, iudicabunt.

Rogamus igitur te, Pontifex Sanctæ, Patriæ noſtræ Calaritanæ decus, totiuſque Sardiniæ Regni clariſſimum Sydus, vt Regnum Patriãque tibi deuotiſſimam gubernes, protegas ac ab omni malo deffendas. Et me deffenſorem ſanctitatis tuę in omnibus dirigas, qui veniam præcor ſi quid minus dignum tanto Sancto ac Patrono in ſcribendo commiſſi, faciaſque orationibus Sanctis tuis, ſempiternis gaudijs perfrui. Amen.

Explicit Memoriale.

EX EPISTOLA EIVSDEM Ioannis. Cum Superiori Memoriali. Romam tranſmiſſa.

§. 1.

IN hac ergo Vrbe Calaris non multis ab hinc annis Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Domine: nouum quoddam Templum erectum eſt, Sancto cuidam Epiſcopo Sardo, Georgio nomine, vt latius patet in memoriali, quod vnà cum his litteris mitto.



Ad §. 1.

S. Georgi Epiſcope, Ora pro nobis.

PAratos non eſſe conuenit: Beatiſſime Pater: ne iucautos nos fures inneniant. Peruigi-

uigilant enim ad detrahenda ex nobis ſpolia precioſiſſima, ineſtimabilesque margaritas; Sanctos ſcilicet, quibus Calaritana gloriatur Illuſtriſſima Republica, quos in honore, ac veneratione ſemper habuit, per quoſque multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua, qui, & magni virtute fuerunt, & magna prudentia præditi, & in Generationibus Sardois veneratione digni, vt merito in diebus æternis laudibus ſummis gaudere mereantur. Contra hos igitur denuò per Epiſtolam inuectus idem confirmare nititur, qui in memoriali præcedenti, eorum gloriam in opprobrium conuerterenon trepidauit; & quaſi cum hoſte pugnaturus, trophæum ſibi promittens, calamum ad falſa pro veris habenda extendit; Sanctoſq. ſuo innixus iudicio, Sanctorum nomine veneratione, & Cultu priuari conteſtans, donans vtrumque nimis rigida Canonica purgatione, quos ſatius laudaſſe debuiſſet. Hos igitur ab eius ſulcantibus vngulis, liberandos Deo adiuuante, eorundemq. Sanctorum patrocinio cenſemus; Quare ad primum §. Viri iſtius reſpōdemus, non eſſe nouum templum, ſed vetuſtiſſimum dirutum, denuo reedificatum, ſicuti ſupra A dub. 1. vſque 49. Satis ſuperq. probauimus manifeſte.

Reſiſtendū eſt Sanctorū emulis.

verum etiam, quæ Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus del Val, Archiepiſcopus quondã Calaritanus, vir vtique doctrina, ac pietate pollens, fecit, vniuerſo Populo ſpectante, ac me prædicãte huius ſancti Epiſcopi Georgij ortum, natiuitatem, conceptionem, educationem, latinæ, græcéq. linguæ peritiam, ſanctitatem, & miracula, Templa quamplurima ſub illius inuocatione per vniuersã Dioeceſim Suellenſem conſtructa, ab immemorabili hominum memoria (vt ſequenti §. 4.) imagines, altaria, oratoria, & cætera quæ ſanctum decent, renouando; & in ſuum priſtinum ſtatum reſtituendo. Et inter alia, de tẽplo iſto toties repetito verba feci, qualiter ſcilicet, Parentes noſtri à Patribus ſuis, & illi à maioribus à generatione in generationem perceperunt, hanc domum fuiſſe prius Eccleſiam ſancti Epiſcopi Georgij, eſſeq. eam, in qua prædictus Sanctus natus fuerat; ob idque Vicum illum appellatum fuiſſe ſancti Georgij, vſq. in hodiernum diem. Quod quia veritati conſonum eſt, præfatus Archiepiſcopus miſſis ſuæ Menſę Aſſeſſore Domino Mõſerrato Roſellon, vtriuſque iuris peritiſſimo; nunc Domini noſtri Regis, Rotæ Auditore, aſſiſtente Fiſco Archiepiſcopalis Menſæ, Domino Franciſco Martis, nunc Canonico Ca-

Domus S. Geor. fuit iam Eccle.

Vicus S. Georg.

laritano, Notarioq. Apoſtolico Auguſtino Sabater,aſtante vniuerſo Populo. Aſſumpto Lingone;eductisq. quibuſdam Terræ cophinis, apparuerunt oſſa mortuorum, ibi ſepultorum; quo ſanè teſtimonio,non opinio,ſed, veritas, non ſolùm traditio, ſed euidentia eſt fuiſſe templum tempeſtate temporum dirutum; & incuria hominum in ſæculares vſus conuerſum. & hæc ad §. primum viri huius ſufficiant, quamuis alia inuenta fuerint templi inſignia; ſcilicet; locus ipſe in quo campana pendebat, parietes depicti,ſicut in pleriſq. Eccleſijs videre licet; Fores etiam Templi adhuc exiſtentes, quæ omnia, & ſingula in ijs fidem aſtruunt. Vt Farinac. de Indic. & tort. q. 47. num. 97. & Natt. conſil. 235. num. 2. & Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſ. 42. num. 4. quibus ea,quæ diximus confirmata, ac probata manent.

Farin. de Ind.& tor. q.45.n.91. Natt.conſ. 235.n.2. Menoc. de arbit. Iud. li.2.caſ.42 n.4.

§. 2.

QVia tamen in ijs,quæ noua ſunt, præſertim verò in rebus tanti momenti,vtpotè quæ cultum,& Religionem attingunt, non modo hæreat,verũ etiam dubitet,quis quis deſiderat non aberrare, idque meritò, donec earum veritas innoteſcat,hanc curioſius indagare conatus ſum.

Ad

Ad §. 2.

QVia Viri Sapientis, ac Theologia prędi-ti intellectu, indigebant iſta, propterea quæ vetuſtiſſima ſunt, ignaro, ac rudi, noua eſſe videntur. In rebus enim tanti momenti quiſquis aberrare non deſiderat, & cultui, ac venerationi ſanctorum non detrahere optat, Sanctos, ac Theologos Doctores conſulat, ne deinceps hæſitare, aut dubitare contingat. Solutiones ad dubia, quieto, ac pio animo ſæpe ſæpius legat, ex quibus veritas, quam curioſius, vt ait, indagare conatus eſt, facilè eluceſcet.

§. 3.

CVm tamen huc uſque nihil repererim, quo mihi faciam ſatis, dubiaque deponam, quæ pro illis, mihi ſeſe obtulerunt, quas quidem in prædicto memoriali ſuæ ſanctitati obtuli; ſcilicet fidelium omnium ſupremo capiti, & totius veritatis normæ.

Ad §. 3.

SI non fecerit ſatis ſibi Doctor iſte, quid ad nos? Nunquid heſitatio illius fidem no-

noſtram, ac deuotionem in Sanctum euacuabit? Abſit. Audiuimus iam ſupra dubio decimo, quod non ſatisfecerit ſibi, cui reſponſum dedimus ibi: Si adhuc non ſatisfecit ſibi, vigilet; & ediſcat; vt non iis ignarus permaneat. Hoc enim quiſq. ingenioſus habet, vt cum ſibi in aliquo non ſatisfit, Doctores, & viuos, & mortuos conſulat. Hoc fac, & hæc percipies Domine Doctor.

Dub. 10.

De ſupremo totius Vrbis, & Orbis Capite, totius veritatis norma, non eſt nobis quęſtio; Sed quid dicemus ad Virum, qui ſæpe ſępius ait, & negat præſentationem à ſe factã Summo omnium oraculo? Supra dub. 67. dixerat ſe memoriale ſuæ ſanctitati præſentaſſe, & idem in §. iſto affirmat. Dubio verò 80. præſentare noluiſſe ait, quoad vſque Archiepiſcopi Calaritani ſententia accedat. Modo ait, modo negat? quid autem veritatis prædictum memoriale habeat ex præſcriptis à me, in hoc opere facile patebit: ſed valde miror, quod tàm falſa, ac non multum pia, ſummo orbis Pontifici, non ſit veritus præſentare.

Dub. 67.

Dub. 80.

§. 4.

QVibus hanc libuit adÿcere; quod praeter Eccleſiam recens extructam in honorem huius Sancti Epiſcopi Sardi, in quodam huius Ciuitatis

tis

tis ſuburbio, nullam aliam reperiri in tota hac inſula Sardinia.

Ad §. 4.

VEritatis Præco Paulus Apoſtolus dixerat ad Epheſios, qui falſis reuoluebantur. Loquimini veritatem vnusquiſque cum proximo ſuo, deponentes primum mendacium, quoniam ſumus inuicem membra. O Sancte Deus. Ioannes, ſi Sardus es, Sanctus Georgius erit tibi proximior cœteris; Loquere igitur veritatem cum illo, præcipuè, qui Sacerdos Dei es, ne decipias Gentes. Vaticinatus ſanè eſt Micheas de quibuſdam dicens. Calumniabuntur Virum, & Domum eius; verè bis iam completum videmus. Scilicet, in memoriali, & in epiſtola iſta; quod quam minus verum ſit, ex ijs quæ dicemus apparebit.

Ad Ephe. 4

Mich. 2.

ad Dub. 6.

Eſt in primis Eccleſia Sancti Georgij Epiſcopi, à die mortis illius ab Epiſcopo, Populo, & Clero in ipſa Ciuitate Suellenſi, iuxta Cathedralem Eccleſiam conſtructa; in qua eius Venerabile Corpus ſepultum fuit. Ad hanc enim, Proceſſiones omni die Dominica accedunt, indeq. implorato Sancti huius auxilio, cum Antiphona, Verſu, & Oratione, diſcedunt Populi; prædictis Antiphona, Verſu,

Eccleſia Suellen.

ſu, & oratione Confeſſoris Pontificis, Sancti ſcilicet Georgij decantari; apud Deum interceſſorem implorantes. Ad hanc Eccleſiam; in qua eſt eius effigies antiquiſſima; etiã proceſſiones publicæ, non ſolùm quæ à prædicta Cathedrali Eccleſia procedunt, verum; etiam indiès à multis Populis circumcirca degentibus acceditur; & implorato ſancti Epiſcopi Georgij, ibi ſepulti, auxilio, Miſſæq. ſacrificio in eius honorem Deo oblato, petitionis eorum mirabiliter accipiunt complementum. Hæc omnia in proceſſu ad ſacram Rituum Congregationem tranſmiſſo, à folio primo, vſque ad 9. & à folio 43. vſque ad 45. & retro ad dub. 49. probatiſſimis apparent teſtimonijs conſcripta. Et oculata indiès firma fides omnium viuentium ibi, conſcribit. Quia quæ vidimus, teſtamur, & teſtimonium noſtrum omni acceptione maius, verum eſt, cui ſingularis homo contradicere non poterit, quia contra euidentiam, ac demonſtrationem veritatis pugnat. Eſt ergo alia huius ſancti Epiſcopi Georgij Eccleſia præter hanc, quam tu deſpicis frater? Eſt etiam Cœmeterium iuxta hanc Eccleſiam, in quo Chriſtianorum Corpora condiuntur, appellaturque Cœmeterium Sancti Georgij Epiſcopi Suellenſis; vt in proceſſu ad Sacram Rituum Cõgre-

Proceſſ. à fol. 1. vſq. 45. ad Dub. 49

Cœmet. S. Georg.

gregationem tranſmiſſo, apparet, à folio 1. vſque 12.

Eſt etiam Eccleſia Parochialis in Vicinatu Donigallæ, oppidi de Lotzorai Diœceſis prædictæ Suellenſis, ſub inuocatione ſancti Georgij Epiſcopi Suellenſis, ab immemorabili hominum memoria ædificata, in quo Oppido Sanctus iſte mortuum ſuſcitauit; In cuius Altari præcipuo Sanctus iſte Epiſcopus, vt Patronus Eccleſiæ depictus apparet, amictu pontificio indutus, cum mitra, baculo, pluuiali, chirotecis, & cæteris Confeſſoris Pontificis inſignibus ornatus. Hæc in proceſſu ad ſacram Rituum Congregationem tranſmiſſo, à folio 53. vſq. 60. probata conſpiciuntur. Proceſ. à folio 2. vſq. 12. Eccleſ. S. Georg. Donigal'æ. Miraculũ. Proceſſ. fo. 53.

Eſt tertio, Eccleſia Parochialis, Oppidi de Vrſule, ſub titulo, & inuocatione ſancti Epiſcopi Georgij Suellenſis conſtructa, ab immemorabili hominum memoria; in cuius Altari pręcipuo, eſt ipſe ſanctus, vt Patronus Eccleſiæ depictus. In hoc enim oppido cæcum à natiuitate illuminauit, ſigno crucis; eſtque hoc miraculum in ipſo Altari, ab immemorabili hominum memoria exaratum. Et in proceſſu ſacræ Rituum Congregationi tranſmiſſo latius probatum à fol. 59. vſque 63. apparet. Eccleſ. Vrſulæ. Miraculũ.

Eſt

Proceſſ.fo. 59. Eſt quarto Eccleſia Parochialis Oppidi Tortuely, in eadem Diœceſi Suellenſi; ſub titulo ſancti Andreæ Apoſtoli condita, in cuius Altari præcipuo, eſt effigies antiquiſſima ſancti Georgij Epiſcopi Suellenſis, inſignibus Confeſſoris Pontificis depicta, in cuius tunicellæ fimbria, eſt talis antiquiſſimus titulus inſcriptus: Sant Georgi Bisbe de Suelli. *Vt in* proceſſu ſupradicto, à fol. 50. & deinceps probatur:

Effigies S. Geor. Epiſ.

Proceſſ.fo. 50.

Eſt quinto in eadem Dioceſi Suelleñ; Eccleſia Parochialis, Oppidi Giraſulenſis: Sanctiſſimę Dei Genitrici conſecrata, ab immemorabili hominum memoria. In cuius pręcipuo Altari, eſt ſanctus Georgius, in tribus locis depictus: Primo in loco, eſt Epiſcopus Pontificio habitu amictus, & in ora veſtimẽti illius, titulus talis vetuſtate penè corroſus, qui ſic habet. Santu Giorgi Piſcopu de Suelli. In ſecundo eſt eodem Pontificio habitu indutus, & coram eo menſa ferculis plena ciborum, & genuflexis Torgotorio, & Siniſpella Comitibus, & Dominis Ciuitatis Suellenſis; & vndequaq. ſcarabeis aduenientibus, & tàm ſuper fercula, quàm ſuper Torgotoris caput volantibus; quos ipſe ſanctus, ſigno Crucis ablegauit, ipſoſque Comites à miſerabili Calamitate liberauit; Propter quę di-

Imago S. Geor. Epiſ.

Imago Sáncti.

Miracula S. Georg.

Imago Sáncti.

dictam Ciuitatem, & Villam Symieri, perpetua pace poſſidendas, ſancto Epiſcopo Georgio donarunt, & vſque hodie, Epiſcopi Suellenſes earum poſſeſſione gaudent. Eſt tertio in eodem Altari idem ſanctus Epiſcopus Georgius, Pontificio habitu depictus, homoque cæcus à natiuitate, coram eo genuflexus, cui ipſe digitos imponens ſuper oculos, viſum reſtituit. Hæc omnia in proceſſu ad ſacram Rituum Congregationem tranſmiſſo, à folio 50. vſque 54. probata apparent. Donatio Ciuitatis S Georgio facta. Imago ſancti. Miraculũ. Proceſſ. fol. 50.

Eſt ſexto, eccleſia Ruralis, ad radices Montis illius, quem oratione, & ſigno Crucis in duas diuiſit partes, vt facilior ad Barbajam de Seuli pateret aditus, in quo prius mortis periculo multi, ac expoliatione bonorum laborabant, quæ ſancti Georgij Epiſcopi nomen ſemper habuit, & habet; propter miraculum prædictum ibi perpetratum. Eſtque ibidem fons ſācti Georgij Epiſcopi Suellenſis oratione, exortus; vt in Proceſſu prædicto ad ſacram Rituum Congregationē trāſmiſſo à folio 50. vſque 53. videre licet. Et in memoriam tanti miraculi, eccleſia iſta, ibi in eius ſancti laudem conſtructa, ab Epiſcopo, Clero, & Populo illius ætatis fuit. Appellaturque mons ille in duas partes diuiſus, vſque in hodiernum diem à Sardis. Sa ſcala Eccleſia S. Georgij. Fons S. Georgii. Proceſſ. fol. 50.

de ſantu Giorgi Piſcubu de Suelli; Vt in eodem proceſſu, eodem folio probatur.

Ecclef. S. Calari cõſtructa.

Et nè in probatione tantæ veritatis diutiùs immorari, animusque legentium moleſtari contingat. Eſt Eccleſia hæc in ſuburbio Illuſtriſſimæ, ac fœliciſſimæ Calaritanæ Patriæ, quàm deturbare conatur homo iſte, quæ cum antiquis temporibus Eccleſia iam fuerit, vt ſupra probatum eſt ad §. 1. non nouum Templum, ſed vetus tempeſtate temporum dirutum, denuò reedifieatum, dicendum erit. Et in proceſſu ad Sacram Rituum Congregationem tranſmiſſo, à folio 6. vſque 30. & ad dub. 49. probatiſſimè apparet.

Proceſſ. fol. 30.

Quibus ſic ſtantibus, Doctoris iſtius emulatio, quid veritatis habeat in eo, quod ait, præter hanc Eccleſiam in Suburbio Calaritano ædificatam, nullam aliam in tota Sardiniæ Inſula reperiri huic ſancto dicatam, conſideratione dignum eſt; Sardus eſt, vt ait, à progenitoribus, & Canonicus, ac Doctor ſanctæ Primatialis Eccleſiæ Calaritanæ, & ignorat, quæ facta ſunt in illa à diebus antiquis, vt ſanctum ab altari deturbet, quod ſanè opus, neq. Canonici, neq. Sacerdotio hominis inſigniti, neque Sardi, à progenitoribus eſt. Cum Sardi toto animi conatu defenſores, ac laudatores, non detractores ſint Sanctorum.

prę-

præcipuè Sardorum, quibus glorioſum eſt regnum.

§. 4.

CVm tamen Sancto Georgio Martyri frequentiſſimæ ſint dicatæ Eccleſiæ, vt ex illarum Picturis apparet.

Ad §. 5.

SVperiori ſolutione euidenter probauimus, multas Eccleſias ſancto Georgio Epiſcopo Suellenſi fuiſſe dicatas: Vt Patrono Eccleſiæ; quid ergo concludere vult Doctor iſte Sanctæ Calaritanæ Eccleſiæ, contra illum, ex eo, quod, multæ etiam per Sardiniæ Inſulam dicatæ ſint ſancto Georgio Martyri? Nunquid repugnat vterque eadem veneratione ſancti venerari, & coli à Chriſtianiſſimo Sardinienſi Populo? Nonne in oppido Villapucenſi, Diœceſis Suelleñ, vterque Georgius Patroni ſunt, & titulares Eccleſiæ; amboq. in altari depicti? Vellet, vt video, quod dimiſſo vno, alius tantum in cultu, ac veneratione ſit. Quem ergo vellet ipſe de duobus dimitti? Martyrem, an Epiſcopum? non Martyrem, vt audio, ſed Epiſcopum. Quare? quia, ait, Sancto Georgio Martyri plurimæ ſunt dicatæ Eccleſiæ.

Ratio adverſarij. Doctoris eximij, ratio hæc concludens eſt. Accipiat hûic ſimile, Plurimę ſunt eccleſię ſancto Vincentio Martyri Valentino dicatę. Ergo ſanctus Vincentius Martyr Ebregduni paſſus, non eſt in veneratione habendus? Optima ſanè Doctoris ratio eſt. Sed quia vnuſquiſque ſanctorum in propria Patria dignoſcitur, Dicimus, nullam eccleſiam in tota Diœceſi Suellenſi reperiri ſancto Georgio Martyri dicatam, vel ſub illius inuocatione, & titulo conſtructam, illa excepta ſupra commemorata in oppido Vrſulæ, vtrique Georgio Martyri, ſcilicet, & huic Epiſcopo, & Confeſſori conſecrata. Vterq. enim in Altari eſt depictus, cœteras autem eccleſias omnes huic ſancto Georgio Epiſcopo Suellenſi dicatas, ſuoq. nomine, ac titulo à quingentis annis, vſque ad pręſens ſacratas dicimus. Hęc omnia in proceſſu ad ſacram Congregationem Rituum Dominus Archiepiſcopus Calaritanus tranſmiſit, ibique habentur à folio 1. vſque ad 9. Et quamuis aliæ eſſent permultæ, ſancto Martyri Georgio dicatæ eccleſiæ, non propterea Chriſtianus homo, quanto minus sacerdos, & Canonicus, Sardus natione, eas eſſe eliminandas, aſſerere debet; quæ huic ſancto Epiſcopo Georgio Suellenſi ſunt conſecratæ; eam maximè, quã pijſſimus Dominus Archiepiſcopus Al-

Nulla Eccle.S.Georgij Mart.eſt Suellij.

Proceſſ.fo. 2.9.

Proceſſ.à f. 1.vſq.9.

phon-

phonſus Laſſo, in ſuburbio Illuſtriſſimæ Ciuitatis Calaritanæ reedificandam curauit, cũ ipſa, ea fuerit eccleſia eiuſdem; & vt traditio habet, ſit domus in qua natus eſt ſanctus. Quoniam autem demõſtrationem, hoc opus noſtrum nominamus; Inſtrumenta antiquiſſima, quæ fidem indubiam faciunt lingua Sardoa conſcripta, in Archiuio ſanctæ Calaritanæ eccleſiæ recondita, ſuper ſanctitate, & miraculis ſancti Epiſcopi Georgij, multa recitantia, ponere hic non incongruum iudicauimus. Ad quæ intelligenda inſtrumenta, notandum eſt, quod mortuo ſancto Epiſcopo Georgio, ſucceſſores, & hæredes Torgotorij Iudicis Calaritani, (qui Ciuitatem Suellij, dederat ſancto Georgio) pro confirmanda donatione prædicta, inſimul cõuenerunt, ipſiq. hæredes prædictam donationem confirmauerunt; Et animaduertere oportet, vetuſtate in aliquibus partibus eſſe corroſa; cum canapinis tamen cordis pendentibus, & plumbeis ſigillis adhuc exiſtẽtibus & ſunt tenoris ſequentis.

PROCESSVS
Archiuij Calaritani.

De S. Georgio Epiſcopo Suellenſi.

IN Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Beneditta de Lacano per volũtade de Donnu Deu, poteſtandu partiſi de Kalaris, Fatzuli Carta A Sãtu Giorgi Piſcobu de Suelli ſu Donnu miu, probeni quilli ſeguit, a Iuigui Trogodori Santu Giorgi eſſenduru biu, & Piſcobu de Barbarja, pro miragulu, Ki ſeguit Deus in Iuigui Trogodori pro amantia, & pregu di Santu Giorgi de vna peſtilentia de Killu iſcapedi Deus à Iuigui pro ſantu Giorgi, & Et sà peſtilentia Killu iſcapedi ſantu Giorgi à Iuigui trogodori eſti cuſta, Segundu indeſti iſcrittu in ſa legenda de ſu vida de Santu Giorgi.

Hiſtor. S. Georgij in eis morte, & ante cõ prixta.

Præterea ſupradictus Dominus Calaritanus Iudex incurrit grauiſſimam, ac miſerabilem Calamitatem. Nam cum hora prandij, ſiue Cœnæ prępararetur cibi, menſa referta multis ciborum ferculis; ſtatim omnes cibi ſcarabeis, atq. ſcarabonibus varijs operiebantur, & ſordibus. Cumque tantum creuiſſet hæc perſequutio, vt iam non poſ-

ſet

ſet ſumere cibum, niſi quaſi abſconditè manutenendo ſuper os. Tandem ſalubri reperto conſilio, venit ad ſeruum Dei ſanctum Georgium, & retulit ei miſeriam, qua quotidie affligebatur; deprecatusque eſt illum multis precibus, & lachrymis, vt ſibi ſubuenire dignaretur, & ſuis eum precibus à præſenti liberaret exitio. Quod cum audiſſet Beatus Georgius miſericordia motus ſuper eum, iuſſit eum ſecum venire ad prandium, cumq. ventum eſſet ad menſam, fecit illum diſcumbere, accipiensq. panem, benedixit, ac fregit, & dedit illi, & pariter commederunt ex eo, & ex illa hora liberatus eſt Iudex torgotorius ab illa miſeria, & nullæ iam ſordes in eius conuiuio apparuerunt. Videns autem Torgotor Calaritanus Iudex, ſe precibus, & meritis Beati Georgij Epiſcopi eſſe liberatum, dedit illi Villam Suellenſem, cum terris, & ſiluis, & ancillis, & ſeruis, & omni ſupellectili, vt ipſe, omnesq. ſui ſucceſſores eam ſine lite poſſiderent. Coniux verò eius, nomine Syniſpella, obtulit ſancto Georgio Villam Symieri, cum omnibus ſuis pertinentijs, & legauit ei omnem ſuam portionem. vt poſt mortem ſuam, ſicut ipſa, ita omnes ſui ſucceſſores, eam iure poſſiderent. Cuſtu eſti ſu miragulu Ki ſeguit Deù, & ſantu Giorgi cum Iuigui trogodori, pro Kili,

Donatio Suellij.

Donat Symieri.

dedit à ſantu Giorgi ſa ditta Villa de Suelli, cum ſu cantu ſi perteneada ay Cuſſa Villa,& ſa Mulleri Dōna Riſpella, ili dedit ſa Villa de Symieri; & cuſtas Villas ancu ſi las ait in paxi ſu Piſcobu de Barbarja da da ſendu biu ſantu Giorgi, ſempiri ilis las firmu eu, & in deli bullu carta à ſantu Giorgi, tenenduli terminis aſu ſaltu deſa Villa de Suelli Ki ſi cominciat dabba ſubau de terralba, de ſaqua de paſſiris, & tenit ſa bia de Logu fiſca, aiſſu orriu qui ſalat Dabba Fontana noa, & tenet ſu orriu, à Cabu injoſſu, derettu à Nuragi deſcorjadu, & derettu aſu frumen de ſu murdegu; parendo à Piſquina de bois, & lebat ſa ſerra de ſu murdegu, implaſſandulu à Pauli de mela, derettu à Oruna, de Nonzu Pedru, & jumpat erriu derettu aſu Maſungju de Giorgi murja, & cumplit aſu Bau dè aqua ſalſa, & tenid fina ſu erriu qui ſalat dabba Bau de Godi Kenellu, laſſari fiſca aiſſu Bau qui iumpat dabba Suelli ad Syuni, & Dabba cundo calat traſe ſu margini derettu a ſa corona parendu ad Syuni, &c. Et quibuſdam de præfixione terminorum prædictarum Villarum interpoſitis, ſic habet. Cuſtu eſti ſu ſaltu de ſa Villa de Suelli, qui ſindi apad proi ſantu giorgi, cantu ade durari ſu mundu. Ki non apad bias ni Iuigui Ki leit,

cuſtu beni Ki li fudi dadu, à ſanctu Giorgi in
bida ſua . . . . . . & ego illu firmu Corroſus.
pro honori de Deus,& pro Ki ſiat iſſu padro-
nu miu in cuſtu mundu, & in ſateru; & pro ſa
anima de ſu donnu padri miu, ſu Marqueſu
de Maſſa, Iuigui Saluzi de Lacon, & de ſa
donna manna mia Contiſſa Adaliſſa, & per
amãtia de Donnu Trogodori ſu Piſcubu miu
de ſuelli, & firmuli à ſantu Giorgi ſu ſaltu . . Corroſus.
. . . . . . Ki ſi ſegat dabba gutturi des
nugues,deretu ad cucuri de forru, de monta-
rju, & calat à ſaena de ſus teſongis . . . Corroſus.
per bia derettu, à ſu molumentu de Cypiri
caſada, & calat derettu a ſu gutturu de ſae-
na de ruxi, & benit derettu ad ſarbun . . Corroſus.
. . . Giorgi de ſu bachellu Ki ſiſit in ter-
ra candu terminaat cuſtu ſaltu, ſántu Giorgi
cum ſus mayoralis, & ſeguit ſi arbori ſimbil-
lanti dili . . . & calat derettu à brun- Corroſus.
cu de ſaltu PiKinu;& eſit derettu a ſu bruncu
de Riu de Pabone; & calat derettu ad ſu pla-
nu de Nonzu gulpis; & calat derettu ad ſu
Pradu de tiricu,&c.Et quibuſdam ad hos ter
minos ſpectãtibus interpoſitis,ſic ait. Kiſindi
apad pro ſantu Giorgi cantu a di de durari
ſu mundu. Teſtimonjus inanti de qui li firmu
à ſantu Giorgi Piſcubu de ſuelli, & da ſu can-
tu, narat cuſta carta, ſunti, Donnu Riccu
Piſcobu miu de pluin . . . & Donnu Ma- Corroſum.
riani

Corroſum. riani ſu Piſcubu miu de SulKis. . . . .
lanu miu de ſu monte de aqua frunda, & curenda de atzori de Genoni, & Iuanni de Ser-
Corroſum. ro da Kida de frailis Mariani de atzori, Or-
An.1215. lando . . . . Anno Dominicæ Incarnationis, Milleſimo ducenteſimo decimo quinto. In Menſe Iunio. Habenda milla ego ſa Curadoria de, Cãpidanu ad manu mia
Corroſum. . . . . badori & Ki la ad diuertere, daba a Nathema, daba Pater, & figliu, & Spiritu ſantu. Daba xij. Apoſtolos,& quatuor Euangeliſtas Daba xxiv. Seniores. Daba 318. Patres ſantos, & ſortem habeat cum Iuda proditore in Inferno inferiori Amen. locus † plumbi pendentis; cum canapinis cordis, In proceſſu fol. 84.

Aliud Inſtrumentum.

Aliud inſt. Eſt, & aliud Inſtrumentum donationis prædictæ Sãcto Epiſcopo Georgio Suellenſi per deuotum Torgotorẽ, maritum præfatæ Dominæ Benedictæ, pro firmanda donatione Villæ de Suelli, &c. Anno Domini Mil-
An.1217. leſimo ducenteſimo decimo ſeptimo (1217.) decimo Kalendas Aprilis. in proceſſu, folio 108.

Aliud inſt. Eſt etiam aliud Teſtamentum donationis quarundam Vinearum, ac terminorum factæ

Pe-

Petro Epiſcopo Suellenſi, in honorem ſancti Epiſcopi Georgij, per Saluſim de Lacono, & Donnam Sardiniam de Atzori, coniuges, pro recuperata ſanitate filiæ, precibus ſancti Georgij, cuius tenor Inſtrumenti ſic incipit. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ego Iuigui Saluxi de Lacon, &c. In hoc Inſtrumẽto ſæpè ſæpius ſic ait. Donat pro ſanima ſua, & de parentis ſuus, à Deu, & ſantu Giorgi Piſcubu de Suelli, &c. & in fine ſic habet. Et qui lat aleare dà ſantu Giorgi, apat ſorti cũ Iuda proditore inſu inferru. Amen, Amen. Anno Domini 1218. in menſe Aprilis. Locus † Sigilli. In proceſſu. 89. An. 1218.

Eſt, & aliud Inſtrumentum donationis cuiuſdam factæ Epiſcopo Suellenſi, in obſequiũ ac vtilitatem Eccleſiæ ſancti Georgij Epiſcopi Suellenſis, tenoris ſequentis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Ego Iuigui Trogodori, &c. Pedru de Plumerius faguit donatione à ſantu Giorgi de Suelli prò ſanima ſua, & de figias ſuas, de cantu abiat in Senorbi, & in caſtanja, ſerbus, & An Killas, & terras, & binjas, &c. Anno Domini 1215. decimo Kalend. Octobris. In proceſſu. folio 42. Aliud inſt.

Eſt etiam aliud Inſtrumentum donationis factæ, Eccleſiæ ſancti Georgij Epiſcopi Suellenſis, tenoris ſequentis. Iñ nomine Patris, & Aliud inſt.

Filij,

Filij, & Spiritus ſancti Amen. Donnu Atzori dè Atzoris,& Donna Iorgia ſa Sorri, Fillus de Donnu Torgodori de Atzori,de Siurgus; douant à Santu Giorgi, pro Deus, & ſanima in ſoro,& deis parentis, totu cantu iſſus aben in ſa Villa de Gonni,de Pari in ſoru,Plazas,Terras, Binjas, Saltus, aquas &c. & ſunti teſtimonjus, Donnu Cumida Pullu, Armentariu de ſantu Pantaleu, & Donnu Tiriçu, &c. Anno Domini 1215. Septimo Idus Nouembris, vt in proceſſu fol.94.

Ann.1215. Aliud inſt. Eſt denique Inſtrumentum,Donationis cõfirmatę per hæredes Torgotoris Iudicis,& Siniſpellæ coniugum,ſuper villam ſimieri tenoris ſequentis.In nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Ego Benedicta de Lacon cun fillu meu Doniguellu,Guillermu fatzu cu ſta carta,a ſu Donnu miu ſantu Giorgi de Suelli ſa Domeſtia mia Ki eſti intra de ſaltu de S. Giorgi,de ſa Villa de Suelli;a Ki narãt Domeſtia de Pradu de Syſini,&c. Et infra. Et cuſtu beni Ki fatzu à ſantu Giorgi ſuDonnu miu,nõ apat balia per vnu Iuigui, ne per vna perſoni deſu mundu,a iſtrumarilla ni ad minimarilla à ſantu Giorgi,&c.Anno Domini 1225. Idib. Iulij. In proceſſu fol. 97.

Ann.1225. Hæc omnia,& alia Inſtrumenta ad ſacram Rituũ Congregationẽ tranſmiſſa fuere ąb Archiep.Calar.ſicuti ad dub.49. patet apertiſſi.

Quibus

Quibus ſic ſtantibus, ac probatiſſimis teſtimonijs confirmatis,cũ hęc omnia Inſtrumẽta antiquiſſima atteſtẽtur non eſſe aliũ S.Georgium Epiſcopum Suellenſem Sardum Calaritanũ; & haberi Eccleſias ſuo nomini dicatas. Et huic, non tamen illi ſancto Martyri Georgio, Donationes in Sardinia fuiſſe oblatas, Quæ conſuetudo vſque ad præſens, in dicto Epiſcopatu Suellenſi durat, ſcilicet; quòd in Teſtamentis eleemoſina pro S.Georgij fabrica,ab Incolis inter pia opera offeratur; Quid obſtat, quod etiam ſancti Georgij Martyris, ſint plnrimæ Eccleſiæ in Sardinia? Hoc enim Chriſtianiſſimi Populi opus eſt, habere ſcilicet,multos apud Deum Patronos,ac interceſ ſores,etiam ſi ſint eiuſdem nominis: Nõne inuocamus duos Franciſcos,& vnam Franciſcã. Ecce tres eiuſdem nominis ſanctos. Quod autem pro horum confirmatione,obliuioni, nõ eſt tradendum, hoc eſt: Quod ea ætate qua ſanctus Epiſcopus Georgius miraculis florebat, ita reueritum erat eius nomen, quòd lex fuerit condita à Gubernatore, in Populo dictæ Diœceſis Suellenſis,quod deinceps in Iudicio illi qui erant iuramento compreſſi, Iurarent per ſanctum Georgium Epiſcopum Suellenſem. Vt in proceſſu fol. 85. Quod ad noſtra vſque tẽpora obſeruari dignoſcimus. Eſtq. traditio,quã à maioribus noſtris accepimus,

Nota Valde.

Proceſ.fol. 85.

mus,

mus, eamq. violare nullus ſanæ mentis auderet; cum ſanctus Stephanus Papa dicat, Nihil innouetur, ſed quod traditum eſt obſeruetur. Et D.Griſoſtomus hom.4.in Epiſt.ad Theſſalonicenſ. ſic habeat. Eſt traditio? nihil quęras amplius:ſed quia de valore ac fide,traditioni maiorum adhibendis ſup.ad dub. 41. Satis ſuperq. diximus,illic animum requirentis remittimus.

Decr. S. Griſ.Ho. 4. in Epiſt. ad Theſſ. ad Dub.41

Quantæ etiam veritatis ſint, Inſtrumenta antiquiſſima, & moderna, nullus niſi ſtultus ignorat, Erunt igitur magnæ veritatis Inſtrumenta antiquiſſima, & moderna, ſupra adlata, & temporibus illis confecta, quæ vltra quadringentos annos recepta fuerunt: quæ omnia Georgium Epiſcop. Suellen.Sanctum proclamant,miraculis fulgentem, cui ob acceptum beneficium dona oblata fuere,tanquam in honorem ſancti,qui tunc iam colebatur,& venerabatur à Populo,Epiſcopo,& Clero, vt ſanctus.

§. 6.

ET ex Miſſa Inſuper, & officio quod de vno Martyre recitatur.

Ad §. 6.

Prou. 4.

REmoue à te os prauum,& detrahentia labia ſint procul à te: ait ſapiens. O ſancte

Deus?

Deus? Quis Sardus à Progenitoribus, hæc audiens præſentata ſummo Orbis,& Vrbis Pontifici,corde non teritur, vel hæc conſiderans prolata,animo non reſoluitur?Eſtne Græcus, vel Ydumęus Doctor iſte, vt talia contra Rei veritatem dicat,in ijs,quæ contra ſancti iſtius, ac Sardiniæ honorem propria manu confirmat?eſt ne ille,qui hæc loquitur,an alius non Sardus hæc ignorans? Officium,& Miſſam in die sācti huius Epiſcopi Georgij,de vno Martyre Recitari. Quis ſanè mentis Sardus dicere auderet? Sed vt Doctoris iſtius propoſita, falſa omnino eſſe appareant,veniamus ad antiqua,quibus probatis,nouiſſimis etiam virum iſtum contraire demonſtrabimus.

Eſt in primis ſciendum, quod ſtatim poſt mortem sancti; Anno ſcilicet,Milleſimo centeſimo decimo ſeptimo, ab Epiſcopo Clero, & Populo, non ſolum Eccleſias, per totam Diœceſim,ſub eius inuocatione erigendas fore ſtatutum eſt, verum,& officium proprium in eius sancti laudem compoſitum, & per totam Diœceſim decantandum præceptum eſt, quod ex ipſo originali, In Archiuio Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Calaritanæ recondito extractum, tenoris eſt ſequentis.

Incipit

Incipit officium Beati Georgij Epiſcopi, & Confeſſoris, per totam Diœceſim Suellenſem antiquitus ſolitum decantari.

I. Aña. BEatus Georgius Dei verus amicus, ſemper Dominum amauit, & bona verba dixit. Pſal. Dixit Dominus.

II. Aña. Poſt vteri exitum, ſemper amauit Dominum, & habuit in ſuo Corde. Pſal. Confitebor.

III. Aña. Amator fuit Deitatis, & Preco veritatis, propter quod fuit ſemper Beatus. Pſal. Beatus vir.

IV. Aña Miraculis claruit, cum virtute docens Dominum amare, & puro corde ipſum laudare. Pſal. Laudate pueri.

V. Aña. Propter ſuam gratiam, habeamus gloriam, benedicentes Dominum. Pſal. Laudate Dominum omnes Gentes.

Cap. Ecce ſacerdos magnus, &c.

Hymnus.

I. AVe Preſul ſuellenſis
Deumſemper diligens;
Habens linguam bonæ enſis
Viam Dei edocens;
Propter quod es cum immenſis
Regnum Dei poſſidens.

Tu

II. Tu in mundo Docuiſti
Dominum diligere,
Per opera demonſtraſti
Ad Cœlos aſcendere,
Semperq. inuigilaſti
Languidis occurrere.

III. O fœlix Pontifex noſter
Angelorum conciuis,
Qui ſemper fuiſti Pater
Succurrenſq. miſeris,
Quem portauit tua Mater
Sanctum ſemper in vlnis.

IV. Paſtorali inſignitus
Huius ſedis baculo,
Gregem paſce quo fulcitus
Es cœleſti pabulo,
Placare Deum non oblitus
Tuo prouidens Populo.

V. Laus Virtus, & honor
Deo ſit Patri ingenito,
Flamini, & Nazareno
Patris Vnigenito,
Qui dat Pacem cum Tropheo,
Georgio Noſtro Inclito. Amen.

℣. Gaude Preſul bone, cum ſummo Rege.
℟. Et preces interpone, pro tuo Grege.

Ad Magnificat, Aña.

Hodie Georgius Pontifex Suellenſis, Confeſſor egregius lętatur in excelſis, & ibi ſuperius,

verum Dominum exaltat,& corde interius Dominum magnificat. Alleluia: Cant. Magnificat, &c.

Oratio.

DEus qui Beatum Georgium Confeſſorem tuum, atque Pontificem noſtrum, in tantis miraculis clarere feciſti: Da nobis quæſumus: Vt meritis tanti Patroni, & Præſulis, ſubſidijs adiuuemur. Per Dominum, &c.

Totum autem huius Sancti, Officium proprium, quod breuitati ſtudens relinquo, in ipſo originali, & in proceſſu ad ſacram Congregationem trãſmiſſo, videre licebit. Ex quibus conſtat, virum iſtum minus verè in ſanctum Epiſcopum Georgium inſurrexiſſe, cũ in eius ſolemnitatis die, dicit, recitari Officium, & Miſſam vnius Martyris.

Off. S. Georgij Epiſc. Sed ad nouiſſimum, quod nunc poſt Concilium Tridentinum, recitetur officium veniamus. Et Iuramento ipſe accuſator in iudicio comprimatur, Vtrum verum ſit, quod hic affirmat? & non credo, quod hoc à ſe præſcriptum, iuramento calumniæ confirmet. Nam adſunt D. Archiepiſcopus, Clerus, & Populus, qui in die ſolemnitatis Sancti huius, ad eius Eccleſiam proceſſionaliter accedunt: Cantantes Hymnum. Iſte Confeſſor: & Officium cum Miſſa, de Communi Confeſſoris Pontificis deſumentes; ac illum inter Confeſſores,

Pon-

Pontifices in Litanijs collocantes: Qui omnes, & ego inter cæteros, qui in eius feſtiuitate Concionem ad Populum habui; In verbo ſacerdotis iuramus. non recitari in huius ſancti feſtiuitate officium vnius Martyris, vt ipſe aſſerit: ſed vnius Confeſſoris Pontificis. Et mirum ſanè eſt, quod contra rei veritatem tanquam ſi cum ſutoribus ageret, vel tanquam cum Armenis, qui hæc ignorant loqueretur, ad ſummumq; Eccleſiæ Iudicem falſus accedat accuſator, & non verecundetur in ijs fallax reperiri? Doctores, & Canonici, præcipuè Sanctæ Calaritanæ Eccleſiæ, quicquid in ijs tanquam vnus ex illis affirmat, non ſolum negant, verum, & omnes contra illum coram vigilantiſſimo Paſtore inſurgunt, ſanctumque Epiſcopum Georgium tubis, tibijs, canticiſq. muſicis, campana concrepante proclamant, & ſolemni proceſſione collaudantes ad eius, Eccleſiam cum vniuerſo Populo accedũt. Ecce quomodo illaqueatus inuenitur Doctor, cum ait, Officium, & Miſſam in ſolemnitate ſãcti huius Epiſcopi, de vno martyre recitari.

§. 7.

Quæ cum inficiari nequeat Frater Dimas Serpi, qui vitam huius ſancti Pontificis ſcripſit, Chronicarum lib. 2. in Pictorum errorem id reijcit fol. 141. *Caſtellano ſuo Idiomate ijs verbis. Es de no-*

tar que en eſta yen todas las Igleſias deſte bienauenturado ſant George, por la necedad de los Pintores y poco ſaber delos Sardos, eſta pintado S. George el Caualiero. Hæc ille: Quibus ingenuè fatetur, effigies omnes, atque imagines Eccleſiarum omnium, quæ ſancto Georgio ſunt dicatæ, non Epiſcopum, ſed Martyrem referre, eam autem, quæ recens erecta eſt in ſuburbio prædicto, primam eſſe. Vnde qui eam iuſſit edificare, ſufficiens fundamentum, & publicè, atque canonicè ſanctitatis notitiam præhabuerit, neceſſe eſt, iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem.

Ad §. 7.

QVæ odioſè perſpiciuntur, nimis liberè, ac malitioſè damnantur, ne dicam imperitè. Si calumniator præcedentia verba illa, quæ citat legiſſet, vidiſſet vtique vitio impreſſoris poſitum: Entodas, pro yen Algunas. Dixerat enim Frater Dimas Serpi in præcedentibus, ita. Hauiendo ya muerto el bienauenturado ſant George, yesclareſcido Dios ſu nombre por toda la Iſla de Sardeña, y del poder particular, que tenia contra los Demonios yendemoniados; que entonces hauia muchos en la Iſla; muchos pueblos le edificaron Igleſia en ſu nombre. Hæc Frater Serpi. Poſtea verò, loquens de particulari Eccleſia oppidi de Perſigas, dixit. Es de notar, que en eſta y en algunas Igleſias deſte ſanto,

Lib. 2. fol. 141.

Eccleſia de Perſigas eſt S. Geor. Ep.

ſanto, &c. Quod eſſe vt dixit Frater Serpi, ex proceſſu ad ſacram Rituum Congregãtionem tranſmiſſo, patet; quomodo ignorantia Pictorum, & ſimplicitate oppidanorum in aliquibus Eccleſijs Sardiniæ, vti in iſta de Perſigas; & in ijs quæ ſunt in oppido, & terminis Villæ Ocierij; loco ſancti Georgij Epiſcopi, eſt Martyr depictus, Quomodo ergo aliter dicere poterat Frater Serpi, cui de tot Eccleſijs imaginibus, ac Parochialibus ſub titulo ſancti Georgij Epiſcopi Suellenſis edificatis conſtabat, vt ſupra ad §. 4. probauit? Ex quibus ingenuè Fateor multas alias eſſe Eccleſias huic ſancto Epiſcopo dicatas. Demum dicimus; non opus fuiſſe Domino Archiepiſcopo Alphonſo Laſſo, noua ſummi Pontificis licentia ad reedificandum hoc nouum Templum Sancto iſti; ideoq. ſuffeciſſe, quæ Doctor Ioannes Arca, & Frater Serpi conſcripſerunt, ſcilicet ab immemorabili hominum memoria, præter hanc quam in hoc ſuburbio deſpicit, ac inſequitur Doctor, alias eſſe.

In proceſſu.

Vnde qui eam iuſſit edificare, ſufficiens fundamentum habuit, & publicè, ac Canonicè. Et nouã ſanctitatis notitiã præhabuiſſe ad illam extruendam, non fuit opus; iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem. Cum certum ſit, illi qui in veneratione Sancti eſt,

Ante du. 1.

& alias habet Eccleſias titulares in ſui nomine ſacratas, alias, atque alias, poſſe ab Epiſcopo eidem ſacrari, abſque noua ſummi Pontificis licentia; quam notitiam appellat. Ecce qui inficiator eſt, vera ſcribentem Fratrem Dimam Serpi, inficiatorem proclamat: nolit quæſo amicum mordere honeſtum, ac pium, qui hæc, vt Sancti huius deuotus exiſtat conſcribit. Quod autem hoc potuerit Dominus Archiepiſcopus facere, iam ſup. in principio, ante dub. 1. ex Hoſtien. collegimus.

§. 8.

CVm autem hoc mihi non ſit compertum, niſi ea ſolum, quæ in Sanctorum Sardiniæ Martyrologijs, quæ cum hac item Epiſtola mitto, Ioannes Arca, & Frater Serpi conſcribunt; eam verò non adeo firma videntur, vt ad ſimilem templi ædificationem ſufficiant, valde dubitaui.

Ad §. 8.

NVnquid in curia, ac ſupina negligentia Viri iſtius in rebus Sancti huius, coget nos, eo quod illi aliud compertum non ſit, ſilentio præterire, quæ in antiquiſſimis mo-
ad Dub. 22 numentis ad §. 5. adductis. Hiſtoria ad dub. 22. recepta, Eccleſijs, Imaginibus, Oratorijs,
Vene-

Veneratione cultuq. ad §.4.& ad dub.49.cõſuetudine, & traditione, vt ad §. 4. & dub. 11. Inſtrumentis, ac monumentis, vt ad §.5. certiſſimis teſtimonijs cõprobata ab Archiepiſcopo Calaritano, Notarijque Apoſtolici Inſtrumento ſunt, reliquiſſe? Vult ne nos eodem mẽtis torpore laborare ſecum? Si hęc ipſi adhuc comperta non ſunt, ediſcat, vt ſint; ignari ſanè intellectus argumentum hoc eſt, mihi non eſt adhuc compertũ: ergo non eſt. Et rudis nimis ingenij eſt, conculcata ab omnibus in propria patria, ignoraſſe; vel vt verũ fatear ignoraſſe fingere. dub.49.§.4

Quoniam autem, ſermo noſter de Sanctis noſtris eſt: operę prætium duximus, aliquos, qui nobis, cum Chronicam Sanctorum Sardiniæ typis mandaremus, noti adhuc non erant: eoſque ad gloriam omnipotentis Dei, & Sanctorum noſtrorum, laudem Sardiniæq. Patriæ chariſſimè repræſentare. Nota valde.

Sunt in primis Sancti Martyres Robuſtianus, Marcus, & Apianus, Calaritani. Ibi nati, ibi educati, & ibi glorioſo martyrio coronati. De quibus, Stephanus Breuentanus lib. 3.cap. 11. Et Iacobus Gualla lib.3.cap. 9. In Hiſtorijs Italiæ, & de Ciuitate Ticinenſi loquentes; ita habent. Eo tempore quo ex Sardinia tranſlata fuere, oſſa beati Auguſtini, cum SS. Robuſt. Marc.& Apianus.

illis etiam, adducta fuerunt oſſa ſanctorum Martyrum Robuſtiani, Marci, & Apiani. Hoc loco animaduertendum eſt S. Marcum iſtum, eſſe ſine vllo dubio Presbyterum illum, nomine Marcus, qui conſcriptor fuit martyrij ſancti Ephiſij. qui ſicut illum vidit in tormentis; ita in hiſtoria poſuit. Sicuti in Chronicis lib. 1. fol. 84. diximus. Hic enim poſt martyrium ſancti Ephiſij ſimul cum Robuſtiano propter Chriſti fidem, Calari a Tyranno, glorioſo martyrio coronatus fuit.

Eorum reliquiæ. Quorum oſſa, pretio a Sarracenis, ſicut & beati Auguſtini redempta fuere, Ticinumq. tranſlata. Vbi honorificè coluntur. Habentur in Martyrologio Romano. Marcus &

Martyrol. Roman.] Robuſtianus pridie Kalend. Septembris. Sanctus autem Apianus quo die fuerit coronatus, non adhuc compertum habui. Poterit ergo de ijs tribus feſtum in Sardinia celebrari, de Communi plurimorum Martyrum. ipſosq. in Litanijs collocare; quia ſancti Sardi naturales ſunt. Et cum in Sanctorum Martyrologio Romano ſint deſcripti, poteſt illis Officium, & Miſſa celebrari. Et notandum eſt, ſanctum Apianum iſtum, eſſe forte illum S. martyrem Appianum, quem Martyrologium Baronij, Et Vſuardi, Tertio Kalend. Ianuarij deſcribit: vel de illo, ipſis nō conſtitiſſe.

Eſt

Eſt nobis alius, non minoris ſanctitatis, ſanctus Petrus Othanenſis, Sardus, Natione: De quo Hiſtor. Camaldulen. par. 2. libro tertio, cap. tertio. Liber Sanctorum, ac Beatorum Ordin. Camaldulen. folio 97. Eſt etiam deſcriptus in Cathalogo Sanctorũ Ordinis Camaldulenſis, folio 20. Item in Martyrologio Monaſtico habetur 13. Kalend. Ianuarij. Cuius vita eſt tenoris ſequentis ex citatis deprompta. Et ex Mauro Monacho eius vitæ conſcriptore. Et ex alijs locis infra citandis. S. Petrus Othanin.

Sancti Petri Ottanenſis Sardi. Monachi Camaldulenſis, S. Michaelis de Murano Venetijs.

SAnctus Petrus de Sardinia Monachus Camaldulenſis, vir integerrimus, & Deo plenus fuit; ita quod temporibus illis maximè illuſtrauerit Cœnobiũ ſancti Michaelis de Murano, in quo ſanctiſſimè viuebat: De cuius vitæ ſanctimonia multa litteris mandauit Venerabilis Maurus, monachus S. Michaelis Murani ingenuus, & probatiſſimus, eiuſdem ſancti contemporaneus.

San-

Natus in Vrbe Ottanenſe.

Edoctus ab Epiſc. Nicolao.

Formoſus erat.

Tentation. carnis ſuperat.

Venetias venit.

Sanctus Petrus, natus eſt in Sardiniæ Inſula; In Vrbe Ottanenſe. Patre Nicolao: adhærensq. puer Venerabili Nicolao; ibidem Epiſcopo: patrueli ſuo: Cum ad religionem idoneus eſſe videretur, magis quam ſæculo Petrus ipſe, & litteris ab illo patruele, Chriſto edoctus eſt; & ſacris etiam initiatus eſt.

Erat puer Petrus iuuenis pulcher aſpectu: vultu, ac verbis amabilis; & ſtimulis carnis, vt ea ſolet ætas, maximopere torquebatur: Vnde cum tacitus ſe frequenter reprehenderet, optimum factu eſſe duxit, ad loca Terræ ſanctæ proficiſci; Si fortè ex peregrinationis incommodis, ſpiritum carnis reprimere valeret: factus de ſalute animæ, mirum immodtm ſolicitus. Igitur Venetias ad nauigans, cum ibi applicuiſſet; & loca celebriora ſacra luſtraret, factum eſt, vt ad cœnobiū quoq. ſancti Michaelis, eiusque Venerabile templum diuerterit: ibiq. prandio cum alijs quibuſdam peregrinis Religioſis, A Paulo Venerio Abbate ſit exceptus. Ibi autem captus loci amenitate, ſpeculatusq. Abbatis, & Monachorum grauitate, religioſos mores, ardentem charitatem, & templi ſanctimoniā, repente ſe in intimis condidit medullis, iaculo amoris cœleſtis Patriæ, ſe vulnerari perſenſit: adeò, vt ex ea hora ad ſacram Camaldulenſem militiam, animum ardentiſſimè

con-

conuerterit: ibiq. omnino Chriſti Ieſu iugo colla ſubijcere diſpoſuit: ſi ſoſpes peregrinationem cœptam perficeret.

Delatus quidem ad ſanctum Chriſti ſepulchrum; proſpera ſemper vſus nauigatione, & exinde incolumis, eadem proſperitate Venetiam regreſſus; via recta ad ſancti Michaelis Murani Cœnobium commigrat; Votum ſuum Paulo Abbati communicat, ſeque in ſacram militiam coaptari ſupplex implorat.

Proſpera naui gatio.

Receptus ad Relig.

Suſcepto igitur candente habitu, à primis diebus tanta animi, & corporis propenſione: tanta humilitate cœnobiticæ obſeruantiæ, arripuit inſtitutum: vt facillimum cognitu fuerit, ex ipſis conuerſionis primordijs, quantum nouellus Chriſti athleta inſeruiendi Deo, ſalutiſq. animæ cauſa, ſęculum deſeruiſſet; vſq. adeò innocentiæ vitæ: morum grauitate: operis Dei ſolicitudine: obedientia: charitateque reliquos antecellere breui tempore viſus eſt, fratres: in ſanctiſq. lectionibus, atq. meditationibus proficere (Narrat Maurus) qui vidit, & interfuit: Petrum totas noctes inſomnes in templo, ducere ſolitum fuiſſe; retro Altare maius occultum manentem, & geniculatum, perpetuę orationi vacantem.

FactusMonach. quā te Sanctitatis fuerit.

Tota nocte orabat genuflexus.

Atque adeò orationi erat intentus, quod ali-

Not. valde.

aliquando accidiſſe. (Ait Maurus) vt ſuarum precum virtute, igneæ flammæ ſuper Baſilicam ad æthera eleuari viſæ ſint. Quæ nimirum flammæ cum nauigantibus per lacunas terrorem incuterent: Factum eſt, vt aliqui, ex illis nauigantibus, veriti veris flammis excitatis abſumi, anhelantes, concito nauigio ad Ianuam Cœnobij feſtinato cucurrerint: excitatoq. pulſationibus crebris, ac vocibus, ianitore; eoq. aſſurgente, & illos nautas in Cœnobium intromittente; vbi in templum ventum eſt; accurrente Beato Petro, illicò flammas euanuiſſe. Qua inuulgata fama, vix dici poſſet, quanta frequentia, populi ad eum confluerent: vt ſe, familiã ſuam & negocia in eius fidem, ac clientelam ſpiritualiter commendareut, vti viri Domino Noſtro Ieſu Chriſto, & eius Sanctis gratiſſimi,& acceptatiſſimi: qui ſinguli cum cœleſtibus dapibus opportunè referti, tunc à ſuis anguſtijs, ſubleuati, ab illo diſcedebant.

Not. valde.

Not. valde. Viſus eſt Beatus Petrus frequenter, vbicũque de cœleſtibus verba faceret: ſeu ſpalleret, ſeu miſſam celebraret; oculos in cœlum cum manibus; tanta cordis, ac mentis dulcedine; tantaque lachrymarum vbertate, attolleret; vt fletum cunctis, qui aderant: Simul quaſi Angelus DeI, omnes conſolaretur.

Per

Per eos dies, quidam Benuenutus de finibus Santi Cantiniani, filium ex vxore ſuſcepe rat; qui in manibus obſtetricum vix in lucem editus moriebatur: Is cum cõiuge votum vouit Deo, Iacob, & B. Petri nomen illi impoſiturum; ſi non periret infans: Et ſtatim puerum ſoſpitem, & validum recepit. Not. valde.

Nouiſſimè autem. Cum S. Petrus propter infirmitatem valetudinis, lecto decubaret, ingreſſum medicum rogauit, vt parum de ſuo vino ad ſeſe mitteret. Quòd cum Medicus feciſſet. Duo, ex vna rè, patrata ſunt miracula. Vnum eſt: quod portio vini ſemel ad virum Dei miſſa, nunquam illi deffecit. Alterum eſt: quod dolium in cella vinaria Medici: ex quo vinum illud ad ſanctum virum miſit: quã diu vixit, quaſi in diès creuit. Quamobrem ſe beatũ eſſe: dicebat Medicus: eo quod tãto viro Dei mederi dignus fuit, benedicensq. Deo, hoc miraculum nũquam prædicare ceſſauit. Not. va...

Migrauit ad Dominum Sanctus Petrus, & in cœleſtibus receptus fuit; die decimanona Decẽbris, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo tertiodecimo. Ex quo quadrageſimum in ſancta cõuerſatione exegerat annum. Cui celebrata ſunt ſuprema, magna celebritate Ciuitatis Venetorum. Obitus ſãcti.

Tunc vix elato cadauere, ſpirituq. illo ſãcto exalato, vnus ex nouitijs periculoſiſſimo

exa-

exagitabatur morbo: adeò, vt medici de eius ſalute deſperaſſent, is inter ardentiſſimę febris certamina, ſe ſuper lectum ſancti Petri poni inſtanter flagitare cœpit. Quod cum impetraſſet, è veſtigio ſoſpitem recuperauit, magno miraculo: graciasq. agens Deo, ſanus ad eius tumulum properans, vulgatiſſimum miraculum reddidit.

Miraculũ.

Antonius Noudinus Auſtriacus: Vt Nicolaus Vicentinus prodit: in patriam remigrare volens, ante obitum Beati Petri, eius benedictionẽ ſecum reportare ſtuduit. Is deinde Venetias reuerſus, poſt tranſitum Sancti Petri; cum poſt biennium, laterum dolore ſeuiſſimè torqueretur, hiſce verbis, Dei miſericordiam ſuper ſe diffundi obſecrabat. Clementiſſime Deus, immenſam pietatem tuam in hac calamitate poſitus, ſupplex ex toto corde depoſco, vt meritis ſerui tui Beati Petri me liberare digneris: ſtatimq. ſanus factus, ad tumulum ipſius pergens, toto ſe corpore illic proſtrauit: Dei laudes in ſancto ſuo celebrando; ſeq. Abbati, atq. Monachorum orationibus, etiam atque etiam commendando. In die Natalitij ſancti Mathię Apoſtoli, hoc factum eſt miraculum.

Nicol. in vita huius ſãcti.

Oratio ad s. Pet. Ottan.

In Martyrologio Monaſtico, ſic in Kalenda narratur. Tertiodecimo Kalẽdas Ianuarij: Murani, in Conuentu ſancti Michaelis Tranſitus

Martyr. Monaſt.

ſitus Beati Petri de Sardinia: Monachi Camaldulenſis. Sanctitate,& miraculorum gloria clariſſimi.

Acta ſancti huius reperiuntur, in tabula Camaldulenſis Ordinis, die 19. Decembris. Eius vitã ſcripſit Maurus Lapius, Monachus ſancti Michaelis de Murano: eiuſdẽ ordinis. Eandem hiſtoriam recitat, ſub cõpendio Auguſtinus Florentinus in hiſtor. Camaldulenſi. Aug.Florẽ. Hiſtoria.

In libro Antiquiſſimo in pergameno, manu ſcripto; in quo ſunt ſcripta nomina nouitiorum, illius Religionis: ita ſcriptum eſt. Duodecimo Kalend. Ianuarij. Obijt Venerabilis Pater Domnus Petrus de Sardinia, Monachus huius loci. Qui ſtetit in hoc ſancti Michaelis Monaſterio, Annis quadraginta duobus, diebus quindecim. Et virtutibus plenus, vitam, & finem ſuum, in præfato Monaſterio fœliciter conſumauit. Hodie, qui dies eſt decima nona Decembris, Anno Domini 1453.

Habentur in dicto Monaſterio sancti Michaelis, litteræ dimiſſoriæ ſui Sacerdotij. Fuit autem promotus ad presbyteratus Ordinem, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo. Nota.

Inter multa, quæ in eius encomium ſcribunt Auguſtinus Florentinus: & Maurus Monachus, qui cum ipſo ſancto Petro conuerſatus fuerat; dicunt: quod fuerit admirabilis

abſti-

abſtinentiæ; quod fuerit religioſus quadraginta annis. Quod ſæpè raptus fuerit in contemplatione, & extaſi. Quod in quadraginta annorum ſpatio, nunquam à monaſterio pedem extraxerit. Et quod prophetiæ ſpiritu clarus fuerit. Dicitur etiam in hiſtoria illius manuſcripta; quod cùm acceperat habitum in religione, triginta, & vnum annos haberet. Fuitq. Anno 1413. cui habitum dedit Dominus Paulus Venerius, Nobilis Venetus, Abbas ſancti Michaelis de Murano. Qui vixit in Abbatiatu Annis quinquaginta ſex: menſibus quatuor: diebus vndecim. Obijtque die vigeſima prima Aprilis 1448. Cui ſucceſſit Domnus Petrus Donatus Abbas, Venetus. Qui reffecit eccleſiem, & multa addidit; itaquòd non poteſt facile percipi, in quo loco ſanctus Petrus ſit depoſitus. Nihilominus, opinio eſt, quod ſit vnum ex duobus ſepulchris, iuxta altare maius ex politiſſimo marmore confectum, iuxta altare ſacriſtiæ, ſcriptum græcis litteris, quæ vetuſtate legi nequeunt. In quo ſepultum fuiſſe opinatur. Hæc eccleſia ſancti Michaelis Murani fuit primum conſecrata ab Vgolino Cardinali; qui poſtea fuit Gregorius Nonus, Anno 1221. Poſt reedificationem verò, fuit conſecrata à Vincentio Maſcario Epiſcopo Millixotano, Anno 1553. die 7. Septemb.

Raptus in extaſi.

Spirit. Prophet.

Sicq.

Sicque non certò habeatur, illius Sancti corpus, in quo ſit huius Eccleſiæ loco. Hæc ſunt, quæ de Sancto Petro Ottanenſe capere potui. Summa diligentia, ac labore comparata. Ex quibus colligimus Sanctum iſtum debere, & poſſe à Sardis, coli, ac venerari. Feſtumq. illius celebrari. Cum illius Eccleſia, ſub eius nomine ædificata in Algurenſi dioeceſi extet, quæ Eccleſia temporibus, quibus Sanctus iſte natus eſt, Cathedralis erat: vt apparet ex hac hiſtoria: in qua dicitur Nicolaum; Patruelem huius Sancti Petri; fuiſſe Epiſcopum Ottanenſæ Ciuitatis: nunc vero bellorum ruinis, & dominorum diuerſitate; non Ciuitas eſt, ſed Oppidum paruum, cuius Eccleſia dicitur, Santu Pedru de Ottana; Quam credendum eſt, populum illum ædificaſſe, in honorem huius ſancti, ſub eius titulo: quæ populorum circumcirca degentiũ deuotione, maxima frequentia viſitatur. Eſtq. propterea in litanijs S. Calaritanæ Eccleſiæ collocandus inter ſanctos Cõfeſſores. Quem oro, vt pro me ſuo deuoto intercedere digne tur ad dominum.

Eſt etiam Sardinia Illuſtrata Sancto Gumano Rege Sardo. Qui Monachus factus Clareuallenſis, inter Sanctos illius Religionis connumeratur, & colitur, Vt auctor eſt P. Fr, S. Guman. Rex in Sardin.

Angelus Manrique Ciſtercienſis Ordinis, in libro, qui titulus eſt; Laurea Euangelica, folio 397.

S. Gaufred. Epiſc. in Sardinia.

Eſt etiam Sanctus Gaufridus Sardus Ordinis Clareuallenſis, Epiſcopus Sorrenſis in Sardinia. In Prouincia Turritana: cui nunc vnita eſt, hæc Cathedralis Sorrenſis. Qui inter Sanctos illius religionis veneratur, & colitur. Huius meminit exordium Ciſtercien. libro tertio, cap. 21. & 22. Silua; libro ſeptimo, cap. 60. Montaluus, tom. 1. libro 2. cap. 31.

Petr. Equil. lib. 8. c. 65.

Non minus illuſtrantur Prouinciæ clariſſimis naturalibus filiis, quàm colonis extra aduenientibus ſanctiſſimis Viris. Quare cum multum in perquirendo, cuiuſnam eſſet ecclesia illa antiquiſſima Calari exiſtens; quæ vulgò dicitur Sant Auendras; repperi apud Equilinum Epiſcopum hiſtoriam, quam amplexati ſumus, & vt veram ſic inſerere duxi in gratiam deuotorum ſancti iſtius; quæ talis eſt.

Baron. in Martyr. die 13. Septẽb.

Erat Venerius Abbas Preſbyter apud Inſulam Palmariam: qui claruit temporibus Phocæ Imperatoris: Et Gregorij Papæ Primi. Qui ex nobilibus ortus Parentibus Prouinciæ Lunenſis, ſacriſque litteris edoctus, relicto ſæculo dictam inſulam petijt, Terræ vi-

vicinam, diſtantem à Lunenſi Ciuitate, circa milliaria octo, qui dicitur Tyrus maior: vbi aſperrimæ pœnitentiæ operam dedit; herbis agreſtibus, & pomis multò tempore veſcens. Ad quem accedens quidam agreſtis, nomine, reuelatione diuina præcolendam: ordeum ad ſeminandum *Viro Dei* detulit. Cum autem Venerius tempore quo iam ordea meti cœperant, ſemen delatum ſeminaſſet; ordeum ſubito natum, & maturatum eſt. Quod ipſe eadem metuit tempeſtate. Cumque fama ipſius inter multos diffuſa eſſet, illum viſitantes: pauperq. quidam domealis ad eum veniſſet, & puerum in Naui iuxta litus reliquiſſet; illeq. dormiret, latratu canis, ſubitò expaueſcens, & vigilans; in mare lapſus, necatus fuiſſet, nauiſque per æquora vagaretur: audiens hæc Venerius, & homini miſertus: oratione ſua, & lachrymis; & nauem ad litus; & puerum reduxit ad vitam. Vnde ob eius ſanctitatem nimiam; tàm Phocas Imperator, quam Gregorius Papa Primus, ipſum plurimum reuerebantur. Draco ingens propè Ciuitatem Lunenſem habitabat, qui Carinas in mari ſæpius ſubuertebat. Ad inſtantiam ergo Epiſcopi Lunenſis, Sanctum Virum ſuper hoc precibus tertio pulſantis;

poſt orationem, & ieiunium triduanum; cum Archidiacono, & pluribus deſcendens ad rupem, vbi Draco latebat; veſtigia ſua in ſaxo, ac ſi in cera impreſſa eſſent, reliquit. Et dum Draconi ex parte Epiſcopi de receſſu mandaſſet; illeque nullatenus moueretur; Deinde ei mandauit In nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, vt ſe in abyſſum demergeret; Et Draco ſe ſtatim in mare præcipitans, nuſquam comparuit. Poſt hæc Venerius, vt gloriam hominum fugeret; nauigauit in Inſulam Cyrenem, ibique diebus quadraginta, cum beſtijs demoratus eſt; coruo ei, quotidie dimidium panis calidi, & fruſtrum carnis bubalæ diuinitus deferente.

Mortuum ſuſcitat. Qui etiam deambulans iuxta litus, corpus hominis in mare necati: illicque ab vndis eiecti: & omnibus illum pro eo rogantibus, Angelis apparentibus ſuſcitauit.

Not. valde. Cum autem admonitione diuina, ad locum ſuum redire vellet, & nautas, qui illic appulerant, & ad Sardiniam ire volebant; inſtanter rogaſſet, vt ipſum ad ſuam inſulam defferrent; illique recuſarent; orta in mari tempeſtate, non prius inde ſe mouere potuerunt, donec Sancti petitionem ſe implere vouentes: facta ſubito ſerenitate, eum illuc detulerunt. Et cum

ante

ante receſſum ſuum, ipſi nautæ in littore lapidibus luderent: vnusque illorum à ſocio, caſu, in tempore percuſſus, expiraſſet: oratione Sancti, ſuſcitatus eſt. Reuerſus igitur ad locum priſtinum, quieuit in pace. tertio idus Septembris. Manibus Angelicis ſepultus: in quo loco oleum emanans, ægritudines omnes ſanabat, etc. Mortuũ ſuſcitauit.

Hunc ergo Sanctum Venerium tanquam Sardiniæ aliquando incolam venerari, ac eius feſtum celebrare Sancta Calaritana debet Eccleſia, cum & ſuo nomini ſit tunc ædificata Eccleſia; ita antiquiſſima, vt patet; quod, vel propterea ſit tunc ædificata ab incolis, cum Sanctus iſte obijt in domino florens miraculis; vel ab ipſiſmet nautis, qui illum ibi deportauerunt ſit conſtructa. Quem eſſe illum, quem Calaritani vocant, Sant Auendras, clariſſimè patet. cum Altare antiquiſſimum in hac Eccleſia exiſtens, omnia ſupra enumerata miracula habeat depicta; quæ affirmant, hunc eſſe Sanctum Venerium Confeſſorem: de quo hæc, quæ ſcripſimus refert Equilinus Epiſcopus in Catalogo Sanctorum, libro octauo cap. 65. Et Baronius Cardinalis in Martyrologio Romano in Sanctorum numero: die tertiadecima Septembris deſcribit. Pet. in cat. lib. 8. c. 65.

S. Pontian. Papa.

Eſt nihilominus inter Sanctos Sardiniæ connumerandus, Sanctus Pontianus Papa: cum ibi, vt auctores referunt, fuerit Glorioſo martyrio à gentilibus, inſulæ tunc incolis, coronatus.

S. Anther. Papa.

Eſt denique inter Sanctos Sardiniæ connumerandus. Sanctus Antherus Papa, & Martyr. Cum de illo ſic ſcribat Petrus recordati, prima part. Hiſtor. Monaſt. in vita illius. Et Onuphrius Pannuinus, libro de Imperat. Roman. titt. Prouincia Sardiniæ. Mortuo Pontiano Papa, Sanctus Antherus, qui eo tempore vitam monaſticam in Sardinia ducebat, Pontifex Romanus fuit ſacratus.

Accedat nunc vir iſte, & dicat nolle recipere Sanctos, niſi eos, qui ſibi noti ſunt in Sardinia. Et ſi craſſa ignorantia velit laborare, ſuper ijs: nunquid propterea ſancti non erunt, quia illi adhuc non ſit compertum aliquid de iſtorum ſanctitate?

B. Andræas Chron. ſancti Francif. 1.p. fol. 1.

Eſt etiam Beatus Andræas de Sardinia, Ordinis Minorum de Obſeruantia: In Raguſia; in Ciuitate Stamnij; in Conuentu Fratrum Minorum: cui titulus eſt. Sanctus Nicolaus. De hoc Beato ſic in Chronica de Origine Religionis, Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus D. Frater Franciſcus

ſcus

ſcus Gonzaga, quondam Miniſter Generalis totius Ordinis Sancti Franciſci; ſimul, ac de conſocio illius, etiam Beato: ſcribit. Diem clauſerunt extremum, Beatus Pater Andræas à Sardinia; atque Beatus Pater Ioannes ab Anglia: quorum vterque, cum Illyrici idiomatis ignarus eſſet; Illyricè tamen, Spiritu Sancto dictante, concionabantur: & miracula edidiſſe fertur. Nam quidam nobilis, effectus ex quadam infirmitate cæcus: admotis ex eorum ſepulchro ad oculos pulueribus, viſum recepit.

Eſt vltimo Beatus Saluator ab Horta, Ordinis Minorum de Obſeruantia Calari, ſepultus in Conuentu Sanctæ Mariæ de Iheſu, florens quotidie miraculis. Pro cuius Canonizatione Rex Catholicus ſuæ Sanctitati ſupplicauit, per litteras quas ego detuli. Qui in quanta veneratione à Clero, & populo Sardiniæ totius habeatur; quæ quotidie cernuntur miracula, apertiſſimè manifeſtant. Huius Beati vitam, pœnitentiam, ieiunia, eleuationes, diſciplinas, charitatem, ac ſimplicitatem columbæ, ſi quis videre cupit, legat in quarta par. Chronicarũ nuper Venetijs editarum, Religionis Sancti Franciſci. Ibi enim diffusè de Beato iſto tot inueniet miracula, tàmque ſtupenda, quod

B.Saluator. Chr. s.Frã. fo.107.& f. 1114.

Epiſ. Mantuæ.

propterea de illo, Illuſtriſſimus Dominus D. Frater Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuæ, ſcribat; quod illi contulerit Deus mirabilium curationum gratiam. Quæ, proceſſibus, Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi, & Epiſcopi Calaritanenſis, Tarraconenſis, Barcinonenſis, Gerundenſis, & Dertuſenſis confecerunt, quia interfui: Verè propterea de illo, tale teſtimonium perhiberi poſſe, non dubitaui. Ex quibus ſatis conſtat, quod quamuis Doctori iſti non adhuc comperti ſint, niſi Sancti illi, quos Martyrologium Sardiniæ commemorat. Vel illi tantum, quos Prorex in Cathalogo feriandorum à negocijs conſcripſit: non propterea affirmari poſſe non eſſe plures alios Sanctos Sardos. Quos ſi doctor ignorat, quærat, & ediſcat, quia ſicut ego inueni; ita ipſe inueniet. Quod ſi nolit, alijs implicetur negocijs, Sanctorum veneratione ac cultu relictis intactis. Cum & ipſi iam requieſcant in pace. Infra ad §. 32. Omnes Sancti deſcribuntur.

§. 9.

Neque ſupplex adeò Eccleſiæ Sanctæ Princeps maximè; vt diſcamus, qua tandem ratione nos habituri ſimus in huius Sancti Epiſcopi

ſcopi Sardi veneratione: quid dicturi, quiduè docturi de ijs, quæ Frater Serpi, de illo ſcribit, præſertim de ijs, quæ ad eius ſanctificationem in vtero matris ſpectant.

Ad §. 9.

RESpondebit Princeps interpellatus, cum placuerit: interim nos contra quos inuehitur Doctor iſte, eo quod Sanctificatum in vtero S.Epiſcopum Georgium Suellen. deſcripſimus: reſpōdemus; iam pleniſſimè ſatisfeciſſe ad omnia viri huius difficilia, circa ſanctificationem ſancti huius: quem proprio nomine vocare reſpuit: à dub.42. vſq; ad dub.52. quæ enim ibi deſcripſimus, ſunt quæ docturus eſt Doctor iſte. Quæ pro ſolutione ſuorū dubiorum Frater Serpi in præſentiarum in omnium oculis propoſuit. Quæ autem ad venerationē ſancti Epiſcopi Georgij ſpectant; & ex ijs quę diximus, ſatis manifeſta ſunt; & infra ad §.4.5.6. ac multis alijs in locis, conſcripta ſunt. Et per illa ediſcere poteſt ipſe, vel eius Conſocius: cuius oues iſtæ ſunt: qua ratione habere ſe debeat in cultu, & veneratione Sancti, cuius Eccleſiæ à quingētis annis extāt, imagines, cultus, & veneratio in populo habentur, & ſatis rudis, ne dicam non pij hominis eſt aſſerere Sanctum, qui ijs omnibus præfulget, non dębere, venerari, vt Sanctum.

§. 10.

§. 10.

QVid de miraculis, quæ ab eodem Sancto, edita refert Frater Dimas Serpi. Quæ fere omnia vacant Auctore: eo ſaltem cui ſit adhibenda fides.

Ad §. 10.

Dub.3. DVbio 3. Doctor iſte inuectus fuit, contra miracula Sancti: quæ quaſi illudens Sanctum, adduxit. Et quia parum exiſtimauit feciſſe, quod fecerat: ad eadem, ſicut canis ad vomitum, reuertere non formidat cum dub.
Dub.71. 71. dixerit ſe nolle detrahere Sancto iſti Sardo. Quæ ſanè mentis hominibus patent quid de ſancto iſto voluerit: illic enim irriſit quod montes diuiſerit, & nunc iterum in memoriam reducit, ne obliuioni tradantur, quę ibi de S. Epiſc. Georgij miraculis, propoſuerat: ſcilicet, quod montes diuiſerit, arbores de repente exoriri fecerit, fonteſq. ſcaturire. Solent Gentiles, ait Venerabilis Beda, qui contra Eccleſiam maledicta ſcripſere, improperare noſtris, quod non habuerint plenam fidem Dei; quia nunquam montes transferre potuerunt. Quibus reſpondendum eſt, quod fieri poteſt, vt mōs abductus à terra, mittatur in mare ſi neceſſitas ic fieri popoſciſſet; quomodo legimus factum precibus, Beati Georgij

Beda ſupra Marc.c.11.

gij Neocæſareæ Ponti Antiſtitis, Viri meritis, & virtutibus eximij; vt mons in terra, tantum loco cederet, quantum incolæ Ciuitatis opus habebant. Potuit ergo hic, Poteſt & alius eiuſdem meriti vir, ſi opportunitas exegiſſet, impetrare à Domino, meritò fidei, vt etiam mõs tolleretur, & mitteretur in Mare. Hæc Beda. Sãctus ergo noſter Epiſcopus Georgius, meritò fidei, impetrauit à Domino, quod mons, qui multarum cędum, & malorum erat occaſio, in duas diuideretur partes, & oratione facta ſigno Crucis ab ipſo Sancto, montem ipſum ſignans, à ſummo vſque deorſum apertus eſt, diciturq. vſque in præſentem diem, Scala ſancti Georgij Epiſcopi Suellenſis.

Sed cum homo iſte dicat omnia ferè miracula vacare Auctore. Cum nullum ſit, quòd vel in hiſtoria, vel oculata demõſtratione, vel traditione vacet, dicendum erit, Virum iſtum gratis, & temere, in odium Sancti loquutum fuiſſe. Nam ſi aliquod eſſet miraculum vacãs Auctore, illud non ſilentio prætcrijſſet. Nota Valde.

Et ſic quæ refert Frater Dimas Serpi, non vacant Auctore, cui adhibenda fides ſit. Vacant ſanè, & Auctore, & pio Viro, quæ in oppoſitum præſentata ſunt, ſummo omniũ Pontifici, vt Sanctus, ſi fieri poſſet daretur in deriſum omni Populo. De his latius in proceſſu per totum, & ad dub. 49. ad Dub. 49.

§. 11.

§. 11.

QVod verò commemorat lib. 2. cap. 36. idem Frater Serpi, non modo deſiderat Auctorem inſtar cæterum, ſed etiam apertam videtur inculcare repugnantiam, ait enim Sanctum hunc Epiſcopum in quodam ſuæ Diœceſis oppido horrendũ, atque immanẽ Draconem, è medio ſuſtuliſſe, qui obuios quoſque homines deuorabat, nullis ſiue paruulis, ſiue prouectoris ætatis ignoſcens, ita vt pœne Villam incolis expoliaſſet. Hunc ergo ſigno ſolo Crucis, tàm violenter diſcerpit, vt ad inſtar exploſi bombi ſtrepitum ediderit.

Ad §. 11.

REpugnantijs inuoluitur à ſuo marte farraginatis homo iſte, non perpendens, quod ſemel emiſſum verbum irreuocabile vo lat, ſed ad Repugnatorem veniamus, & ad repugnantias iſtas. Draconem hunc extitiſſe, vel repugnat ex parte rei, vel ex parte Sancti: vel ex eo, quod vno ſolo ſigno Crucis diſcerperit? Non primum, quia non eſt impoſſibile talem Draconem in Sardinia extitiſſe; vel ex putrefactione aliqua generatum, vel ex aliqua circumcirca, degentium penè inſularum, volatu adueniſſe. Aliquando enim contigit in aliqua Prouincia ſingulare ſimile animal reperiri. Vnde Sabellius ſic habet.

Attil-

Attillus cum ad Bragadam flumen Victor cõſediſſet, in nouum, ac memorabile certamen incidit; Stabulabatur enim loco flumini proximo, Draco inuſitatæ magnitudinis, & cum infeſto curſu, ex aquatoribus quoſdam necaſſet, nec aliorum quiſquam impune illi occurreret, Conſul Balliſtis, & Catapultis velut molem quandam grauiſſimam expugnauit. eius exuuiæ centum viginti pedum longitudine, & Maxillæ vſque ad Numantinum bellum in publicum pependerunt. Hoc idem affirmant Gellius, Liuius, & Plinius. Quare ſi non impoſſibile hoc eſt, minimè etiam in S. noſtro repugnat. Secundo, non repugnat ex parte Sancti. Quia multi Sancti ſimili Draconis occiſione laudantur. Eſt ſanctus Hilarion, qui Dracone͂ Ragutium Ciuitatem pœnè hominibus expoliantem, interfecit. Et Donatus Epyri Epiſcopus, ait Sigibertus, ingentem Draconem, expuens in eius ore, interfecit; qui tantæ magnitudinis erat, quod octo iuga Boum vix trahere potuerint comburendum. Hoc idem à S. Martha apud Taraſcum Galliæ, narratur miraculum perpetratum. Draconem etiam ſanctam Margaretam Virginem, & Martyrem, interfeciſſe dicitur. Non ergo repugnat, ſanctum Epiſcopum Georgium draconem illum interemiſſe. Sicut hic Romæ S. Syluester draconem ligauit, &

Sabell. lib. 9. eneid. 4. fol. 301.

Gell. Liul. Plin.

Hiſt. Ragu. Hiſt. S. Hyl. Sigibert. in chron.

Hiſt. s. Martæ.

Hiſt. s. Margar.

retruſit in fouea; quæ nunc Eccleſia dicta eſt S. Mariæ, libera nos à pœnis inferni. In campo Vaccario.

In tertio, multo minus repugnantia eſt, in eo, ſcilicet; quod ſolo ſigno Crucis non galea perfoſſum, aut lãcea Draconem iſtum interfecerit: cum eius virtutem prædicans ſanctus

S. Leo ſer. 8. de Paſſ. Domini, Leo Papa, dicat. O admirabilis potentia Crucis, ò ineffabilis gloria paſſionis, in qua & Tribunal Domini, & Iudicium Mundi, & poteſtas eſt Crucifixi. Hæc enim vno ſui ſigno limbum expoliauit, Dæmones expulit, Cœlũ aperuit, peccatá dimittit, & per illam Ieſus Chriſtus Saluator noſter, mundum redemit. In ipſa pendẽs vita noſtra, obſcuratus eſt Sol, tenebræ factæ ſunt, monumenta aperta ſunt;

Matth. 27. petræ ſciſſæ ſunt. Velumq. Templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. Quid ergo magnum fuit, vel quæ repugnantia eſt in hoc, quod vno ſolo ſui ſigno, Draconem iſtum immanẽ, ſanctus Epiſcopus Georgius diſcerperit, ad inſtar exploſi bombi? Minutiſſima quæquè Doctor iſte, in montem magnum, & altum contra Sanctum cõuertit; ſed iam ab hac repugnantia, intra quam illum capere volebat, liber euaſit Sanctus.

Nota. Cicer. 2. de orator. Denique quia, hæc noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, vt Cic. 2. de oratione dixerat, ad oblectandos animos ad

im-

impellendoſq; ad rei veritatem agnoſcẽdam indubiam, oportebit non populari trutina, vt amicus facit hic noſter, ſed veritatis ſtatera, quæ omnium Sardorum, in Diœceſi Suellenſi exiſtentium, & aliorum, qui viderunt oculis patet, demonſtrare. Fuit namque oppidum, nunc bellorum ruina, & tempeſtate temporum dirutum, Nomine ſanctus Andreas Apoſtolus, cui Eccleſia etiam Parochialis, ſacrata fuerat; quæ adhuc extat, & ruralis eſt; iuxta hoc oppidum eſt ſaltus, in quo iuxta maiorũ noſtrorum fidelium traditionem, Draco immenſæ magnitudinis iacebat, & obuios quoſque, tàm oppidi illius, quàm vndequaque venientes necabat. Adueniente autem ſancto Epiſcopo Georgio, ad viſitandam Eccleſiam illam ſuæ Diœceſis, vt tantorum malorum occurreret ruinæ, tantorumq; hominum cedi volens ſuccurrere, finito ſacrificio Miſſæ, ad Campum illum proceſſionaliter cum Clero, & Populo acceſſit: quos cum vidiſſet Draco, in feſto curſu verſus Sanctum acceſſit: ipſe verò Sanctus Epiſcopus, extenta manu, ſignum Crucis ſuper ipſum fecit, & in inſtanti crepuit medius, & ad inſtar exploſi bõbi ſtrepitũ edidit, & ita diffuſa fuere viſcera eius; quod omnes herbæ, per totum illum campum magnũ reſperſæ fuerint ſanguine illius. Et in teſtimonium tanti miraculi, omnipotens Deus, qui

Not. valde.

non

Luc. miraculum magnum. non vult, capillum de capite Sanctorum ſuorum perire, facit vt vſque in præſentem diẽ, omnes herbæ, quæ in Campo illo naſcuntur, tanquam ſi ſanguine reſperſæ eſſent appareāt oculis omnium. Et propterea à Die prædicti miraculi facti à S. Georgio Epiſcopo Suellenſi, vſque in præſentem diem à Sardis appellatur Su ſartu de ſanguini, hoc eſt, ſaltus ſanguinis; quæ cum ſit traditio, euidenti teſtimonio comprobata, magnam fidem facit, ſicut D. Hieronymus ad Lucianum dicit, Conſuetudines, & traditiones, quæ fidei non officiunt, neque ſacris Legibus, nec ſacris Canonibus obuiare monſtrantur, inuiolabiles ſint apud vos. (S.Hiero.ad Lucianum. 1.p. c.12.) Et in decret. dicitur Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones quas à Patribus antiquis ſuſcepimus, infrigi ab emulis patiamur; ex quibus ſatis conſtat, repugnātias Ioannis iſtius, nullius ecce fundamenti; & de facto conſtare ſanctum hunc Epiſcopum Georgium Draconem illum interfeciſſe, per ſignum ſanctæ Crucis, & liberatum manere Sanctum de inimicis noſtris.

§. 12.

Quo ſanè miraculo præſupponit Frater Serpi, in Sardinia feroces adeò extitiſſe Dracones, cum tamen eos nunquam, hæc Inſula aluerit, ſicut nec alia venerata ſæua, ſeu beſtias Vt teſtis eſt Pauſanias

non *lib.*

lib. 1. cap. 1. adeò eſt huius ſententiæ, vt affirmet, Sardiniæ ſolum tàm immanes beſtias nunquam ferre, quin eas ſtatim necet. Et ſcorpionem dirum Aphricæ animal Sardoa terra necari. Vnde, & Siluius Italus de Sardinia loquens hæc habet, Serpentum Tellus pura, & viduata veneno. Ex quibus ſatis conſtat, in Sardinia nunquam huiuſmodi beſtias extitiſſe, ſicut nec in præſentiarum eas reperies.

Ad §. 12.

TOta illa Cantio decantat, non fuiſſe, neque eſſe venenata animalia in Sardinia, vllo vnquam tempore, & per conſequens, neque Draconem illum færociſſimum, homines deuorantem: quo falſiſſimo, & ab omni veritate alieno, demonſtrato, ſedebit cantator ſolitarius, & Frater Serpi iuſtificatus in ſermonibus ſuis, & ſanctus noſter Georgius faciens prodigia ſuper Draconem, vno ſolo ſigno ſanctæ Crucis. Et in primis Omnipotentem deprecor, ne tot inueniantur venenata ſæua, & venena in ſinu eius, qui hæc negat, quot in Sardiniæ Inſula, & fuerunt, & in præſentiarum ſunt; Neque mirãdum certè, quod Auctores illi, qui Sardiniæ Inſulam non viderunt, ſed per relationẽ falſa illa ſcripſerũt, hæc dicãt: mirandũ ſanè, quod homo Sardus, vt ait: contra euidentiam pugnet, vt Sancti huius deſtruat miracula. Sunt igitur in Sardinia,

In Sardinia eſt venenũ.

Barth. Cæſ. in cõment. de mirabil. Italiæ. f. 21.

ſicut, & in alijs mũdi Regnis, animalia ſæua, & mortifera, & venenum mortiferum. Teſtis eſt Hiſtoriographus ille Bartholomæus Cæſanus in Commentarijs de mirabilibus Italiæ, ſic loquens de exercitu, in quo ipſe oculatus Teſtis aderat. Veggẽdo faciliſſimo paſſaggio di Corſica in Sardegna, nõ volſemo far ritorno, che anco queſta famoſa Iſola non vedeſſimo, quiui ſono herbe veleno ſe, quiui guſtiamo il mele amaro, quiui conoſchiamo quell'herba la quale fa morire l'huomini ridendo, &c. Ecce venenum in Sardinia. Eſt ſecundo Hiſtoriographus ille magni nominis Vincentius, in ſpeculo hiſtoriali, ſic de Sardinia loquens. In Sardinia lupus non gignitur, ſed ſolifuga tantum, exiguũ animal, hominibus pernicioſiſſimum, &c. Ecce animal mortiferum in Sardinia, ſic dictum ſolifugam, quaſi ſola fuga ſit remedium euadendi à morte. Notandum verò hoc loco eſt, hanc ſolifugam eſſe animal illud exiguum, inſtar Araneæ, vſque in præſentem diem, quod quem momorderit, vt à morte euadat, ſepties iteratis ac contiguis vicibus, in ardentem fornacem mitti oporteat, ad inſtar panis. Eſt ne animal hùic ſimile, forſan in aliqua mundi parte, ita frigido plenum veneno? Et adiungit idem Vincentius. Naſcitur in Sardinia, herba per Scriptores plurimos

Vincent. in Speculo li. 1. c. 82.

Animalia mortifera ĩ Sardinia.

Barja eſt ſolifuga.

mos, & Poetas memorata, apiaſtro ſimilis, quæ quaſi ridentes homines interimit, &c. Sed quid opus eſt alia probatione, quàm ipſa oculata demonſtratione? Nonne Vipera, & ſcorpio venenoſa animalia in Sardinia, in præſentiarum ſunt? quare igitur Draconis huius occiſione turbatur Ioannes iſte, quaſi de illius morte doleat, vel potius, vt huic Sancto, miraculi huius gloria non tribuatur? Vultne tradi ſibi Sanctum propter eum, ſicuti Danielis cap. 14. dixerunt Babilonij ad Regem: Trade nobis Danielem, quia Draconem ſine gladio, & fuſte interfecit? ſatius ergo erit Virum propulſare moleſtum, quam Sancti miraculo detrahere, propter imaginariam ſingularis hominis deſcriptionem. Dan.c.14.

§. 11.

QVodſi aliquando ipſa habuerit: iam multis ante ſæculis, quàm Sanctus iſte Pontifex naſceretur, Sanctorum martyrum Gauini, Proti, & Ianuarij precibus, obligata fuere. Vt complures ipſorum vitam, & martyrium recenſentes conteſtantur:

Ad §. 13.

IN multiloquio non deerit peccatum, ait Sapiens, ecce hominem qui ſuperiori le-

ctione dixit, nunquam hanc Inſulam Sardiniæ aluiſſe Dracones, ſeu ſæuas, & beſtias, ſicut neque in præſentiarum ſunt. Et in hoc §. affirmat fuiſſe oratione Sanctorum Gauini, Proti, & Ianuarij omnia illa animalia ablegata procul. Quare cum fuiſſe, & non fuiſſe, ſibi contradicant; apertè colligitur, virum iſtum non ſibi conſtare in ijs, quæ hic propria manu firmauit, & ſummo Orbis Pontifici præſentare fecit; vt Sancti huius miraculo obuiare poſſit; opus ſanè dignum Canonico, ac Viro Sacerdote, & Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ; vt ait, Doctore: Sed quia prædictorum Sanctorum Hiſtoriographos in teſtes ſuæ minus veræ loquutionis adducit, ſit conclusio: Nullus ſanctorum Martyrum Gauini, Proti, & Ianuarij vitæ, ac Martyrij conſcriptor, de tali beſtiarum ſæuarumque ab legatione, eorum oratione facta, aliquid eſt loquutus. Probatur, Tres ſunt tantum ſcriptores, qui ijs noſtris temporibus Vitam, & Martyrium horum Sanctorum Martyrum Typis dederunt, Ioannes Franciſcus Fara lib. 1. fol. 26. Ioannes Arca lib. 2. à fol. 1. vſq. 30. Frater Dimas Serpi lib. 3. à cap. 1. vſque 12. Sed nulli horum de tali ablegatione beſtiarum, iuxta veritatem hiſtoriæ conſtitit. Ergo complures, vt ait, vir iſte, horum Sanctorum Martyrum

Concluſio.

tyrum

tyrum vitam deſcribentes; nihil tale de beſtijs illis, ac ſæuis conteſtati ſunt. Et cum non ſint alij Scriptores, pręter illos tres connumeratos: ſequitur, imaginariè loquutum fuiſſe hominem iſtum, vt ſancti noſtri Georgij Epiſcopi miraculis obſtet; Erit igitur atteſtatio Viri huius in deriſum, ſicuti ipſe de miraculo Sancti, in hoc à ſe falſo adducto teſtimonio, prætendebat; Sanctuſq. mirabilis Dei virtutute, coram omnibus fiet, ac reputabitur.

§. 14.

QVæ cum ita ſint; vel nullo pacto fuit Draco immane illud animal, quod per ſanctum Georgium crepuit; vt Frater Dimas Serpi affirmat; vel ſaltim alibi, quam in Sardinia miraculum illud patratum eſt; quod tamen ipſe Frater Serpi negat; neque enim conſtat Sanctum hunc Epiſcopum aliquando Sardinia egreſſum.

Ad §. 14.

SInt necnè ita, quæ loquutus eſt Vir iſte: ex ſuperioribus ſatis patet. Quare cum quæ dixit, ita non ſint, (vt demonſtrauimus ad §. 10. 11. 12. 13.) apertiſſime conſtabit, Draconem iſtum fuiſſe in Sardinia, ſicut ad §. vndecimum docuimus, circa finem. Neque opus erit Sanctum exilio damnare, vt

miraculi veritas comprobetur. Contigit autē hoc prodigium, vt ibi diximus, In Saltu qui vſque in hodiernum diem, à Sardis, Sartu de ſanguini appellatur, ab ipſo miraculo denominationem aſſumens.

§. 15.

NEc mirũ ſi nominis idemptitas effeciſſet, vt quod ſancto Georgio Martyri, qui Draconem ferociſſimnm lancea tranſuerberans depingi ſolet, ediderat facinus, Sancto iſti Pontifici tribuatur Sardo.

Ad §. 15.

NEque nominis idēptitas efficere potuit, vt quod non eſſe habet, ſit. Martyr enim Georgius, nulla talis Draconis occiſione, ſeu miraculo claruit. Miror ſanè, quod homo Doctor, ſcribens ad Illuſtriſſ. Cardinalem Baronium, tàm parum edoctus ſit in eius lectione: Ipſe enim de Sanctorum hiſtorijs cap. 2, Sic habet. De actis ſancti Georgij martyris, eſt cenſura Gelaſij Papæ, de libris Apocriphis, apud Gratianum d. 15. c. Sancta Romana Ecclesia, &c. Et Infra idem Baronius ait. Inueni acta quædam ſancti Georgij, multis haud dubium referta mendacijs: ibi portentoſa quæ-

Baronius. De Sanct. Hiſt. c. 2.

Decr. 15. c. S.R.E.

dam

dam ab omni miraculorũ ratione aliena,&c.

Et infra idem ſic habet in annotationibus. Pictura illa ſancti Georgij Martyris,qua effingitur æques armatus, qui haſte cuſpide Draconem interficit; iuxtà quem Virgo poſita, manus ſupplices tendens implorat auxilium; Simboli potiusquàm hiſtoriæ alicuius opinor eſſe expreſſam imaginem. In nullis enim, quæ recenſuimus S. Georgij actis antiquis, quicquid huiuſmodi legitur. Hæc Baronius. Ex quibus apertiſſimè patet, nullum tale Draconis occiſionis miraculum,ſanctum Georgium martyrem perpetraſſe;& per cõſequens, idẽptitatem nominis, non potuiſſe illi tribuere, quod non fecit. Noſtrum autem S.Epiſcopũ Georgiũ, Draconem ſigno Crucis interfeciſſe, ſupra ad §. 11. Clariſſimè demonſtrauimus. Baron. In Annot.

Sed dato,quod ambo eiſdem, ac ſimilibus floruiſſent miraculis; quid repugnantiæ adinuenisti amice! Quid repugnat vtrumque Franciſcum,vtrumque Nicolaum, vtrumque Vincentium martyrẽ,ſimilibus reſplenduiſſe prodigijs? Non quæſo inuoluaris ſermonibus imperitis, quia Doctor es; neque longius protrahas Draconem iſtum contra Sanctum,quia nimis rigida, & crudelis purgatio canonica, hæc eſt. Accede quæſo ad Saltum ſanguinis, Nota.

ſitum in Suellenſi Diœceſi, & ipſe illum doce bit, quæ neſcire fingit.

§. 16.

ETſi idem Dies mortis aſſignetur; nempè vigeſimus tertius menſis Aprilis; qui iuxta Romanum Martyrologium S. Georgius fuit martyrio coronatus.

Ad §. 16.

DOctoris Viri argumentum iſtud eſt. Vterque Georgius, eodem Die occurrit, ergo alter eorũ Sanctus non eſt. Accipiat huic ſimile; Vterque Vincentius martyr, Valentinus, & Ebregdunus, eodem die occurrit, ergo eorum alter Sanctus non eſt? Nunquid Cœli pallium ita breue eſt, quod vtrumque operire non poſſit? Extendit enim Deus Cœ-
Pſal. 103. lum ſicut pellem; & ipſe Chriſtus Saluator
Ioan. 14. noſter dixit. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Doleo ſanè Ioannes, quòd non legeris Cardinalis Baronij ſcripta, Martyrologijque Romani in lucem edita? ibi enim per Eccleſiam vniuerſam. Nono Kalend. Februarij, ſanctus Vincẽtius Martyr, Valẽtinus, præſcribitur, & eodem die Ebregduni, in Gallia, alterius ſancti Vincentij martyris, ibi paſſi, feſtum ſolemniſſimum celebratur, & colitur.

Simi-

Similiter autem 3. Kal. Decemb. Romæ; ſancti Saturnini Martyris feſtum, ac per totã Eccleſiam Catholicam præcipitur celebrari; cũ tamen eodem die Tholoſſę, in Gallia, alterius Sancti Saturnini Epiſcopi, & Martyris ſolemnis feſtiuitas ſit à Chriſtianiſſimo Populo præſcripta, ac venerata. Quare vir iſte non turbetur in eo, quòd vno, & eodem die incidat feſtiuitas, vtriuſq. Georgij, Martyris ſcilicet, & Epiſcopi. Potuit enim Deus in die feſtiuitatis Sancti Georgij Martyris; ſuccedentibus ſæculis: ſanctum hunc Epiſcopũ Georgium ad Cœlos aſſumpſiſſe, Ibiq. illum gloria coronaſſe; vt coronauit, & glorię conditoris aſſiſtentem fecit. 3. Kal. Dec.

§. 17.

ET quod frater ſerpi nullo in ſuam ſententiam auctore commemorato affirmat, Sanctum iſtum ad ſuperos euolaſſe, vt cernere eſt, in ſuæ hiſtoriæ, libro 2. fol. 145.

Ad §. 17.

ECce Pater Beatiſſime, ſcopum Viri huius poſt tot calumnias ſancto huic Pontifici Georgio inflictas; ventum eſt quo tendebat. Ecce finis ſibi præſcriptus. Ecce ſcrupulus, quo eius præmebatur conſcientia.

Hic

Hic tendebant illæ falſæ citationes, in ſuo illo (ſi ſuum eſt) memoriali deſcriptæ; hic illæ minus veræ expoſitiones; etiam ſacrę ſcripturæ contra verum ſenſum. Et Diuo Petro Apoſtolo applicatæ. Hic illæ falſæ opiniones, ſanctis Eccleſiæ Doctoribus Auguſtino, & Hieronymo impoſitæ; hic argumenta illa extra rem adducta; hic quæ ſua ſunt, doctis hominibus falsè condonata; hic truncatæ illæ rationes, tanquam ſignum ad ſagittam pro grediebantur. Quo tandem? Vt ſanctus iſte Epiſcopus Georgius, Angelorum Choris non intereſſet: cum beatiſſimis ſpiritibus, gloriæ Conditoris non aſſiſteret: præſentem Dei vultum, non cerneret: incircumſcriptum lumen, non videret: & incorruptionis æternæ, munere, reſurgendo cum ſanctis, non gaudere demonſtraret. Et quia frater ſerpi, ſanctum iſtum affirmat ad Cœlos euolaſſe, omnibusq. prædictis gratijs, ac priuilegijs, ac beatitudine æterna, perfrui conſcripſit; quaſi magna aggrauatus mole, homo iſte ferre non poteſt, Sed amicabiliter audiat Ioannes (ſi zelo Dei comprimitur) Ioannem Arca, qui multò ante me in ipſa Ciuitate Calaris, libros de Sanctis Sardiniæ prælo dedit; ille enim libro 3. folio 58. ſic de ſancto iſto conſcribit. Itaque ſanctus iſte Georgius Epiſcopus, Dominicis Sacramentis ſuſceptis, vale mundo facto, ad ęthe-

Nota.

Io.Arc.li.3 fo.58.

æthereum decedit ſolium. Et folio 6. ait; Ille pro nobis patronus ſemper ſit apud Deum propitius, vt omni peſſimo liberati incurſu, perpetua poſſimus frui Cœlorum vita. Sanctum hunc in Confeſſoribus habet Calaritana Eccleſia, & eius opem in ſuis litanijs implorat, &c. Hæc illæ. Quomodo ergo ignorare potuit per viginti circiter annorum ſpatium in Calaritana Eccleſia Canonicus, & Doctor illius, Sanctum; qui ſemper in litanijs pubiicis decantatur, & ſupradictus Hiſtoriographus Typis publicè dedit: vt me nouiſſimum, quaſi temere loquentem accuſet apud Sanctitatem Veſtram, qui fœliciter regnat? Sed quia à nobis rationẽ expoſcit vir iſte, quare ad Cœlos Sanctum iſtum euolaſſe dixerimus: reſpondemus; ſatis ſuperq. demonſtratum eſſe, ex ijs, quæ tàm ad dubia, quàm ad § §. reſponſis dedimus; ſufficientiſſimum eſt teſtimonium tot habere antiquiſſimas Eccleſias, tot imagines, tot oratoria, officium proprium illius per Diœceſim Suellenſem, ſolitum decantari, eius mitra inter Reliquias ſanctæ Primatialis Eccleſiæ Calaritanæ ſeruata; & miraculis illuſtrata; Veneratio, & cultus illi ſemper à Clero Epiſcopo, & Populo exhibita: miracula, quibus quotidie; cum inuocatus eſt, illuſtratur; quæ omnia, & ſingula cum monumentis, actibus, inſtrumentis, Nota.

tu-

titulis, hiſtoria, traditione, & conſuetudine inuocandi illum, Sanctum, ſufficiunt ad hoc, quod Frater Dimas Serpi affirmauerit Sanctum iſtum ad Cœlos euolaſſe; quod Vir iſte ferre non patitur. Hæc conteſtatus ſum, & denuò conteſtor de Sancto iſto, & aduocatum apud Deum pro me imploro; quem negaſſe in Cœlis eſſe, temerarij, ac impij hominis eſt; cum tot euidentiſſimis rationibus ſit comprobatum, ac teſtimonijs corroboratum. Et ſuæ Sanctitatis approbatione, per Indulgentiam plenariam Calari, & Suellij in eius feſtiuitate conceſſam, confirmatum.

§. 18.

IN qua quidem Fratris Serpi hiſtoria, nonnulla animaduerti, quæ mihi ſcrupulum induxerunt; eademque ex ordine referam; vt ijs perſpectis, & examinatis, ipſe monear eorum, quibus admonitione opus fuerit; vt in omnibus rectum veritatis tramitem perſequamur.

Ad §. 18.

SCrupulo conſcientiæ præſſus homo iſte, nullam reliquit viam inſectandi Sanctum Epiſcopum Georgium; nunc verò ad me perſequendum conuerſus, conſciẽtiæ, vt ait,

ait, ſcrupulo præſſus, multa referre promittit, de quibus admonitione ſibi opus eſſe conteſtatur; Opportebit ergo ſcrupuloſum audire Virum, qui nihil innôxium de Sancto Epiſcopo Georgio protulit, & de iſtis nullum habet conſcientiæ ſcrupulum; quaſi de damnato ad inferos ſit loquutus.

§. 19.

IN primis ergo videtur Frater Serpi prophana ſacris commiſcêri. Siquidem præcipuè Chroniſtæ iſtius ſcopus eſt, ſua hiſtoria; præcedentias, atq. Primatus conferre. necnon Vrbium nobilitatem diſcernere, aliam pro libito caput, ac Principem conſtituens, cæteras verò pediſſequas, famulaſque. Vt præſertim conſtat libro ſecundo, folio 127. quod ſanè nihil aliud eſt, quam Martyrologium prophanare. imò, & de Sanctorum Martyrum Victorijs, ac fide, detrahere.

Ad §. 19.

NOlo hoc loco amicum talione mordere, qui non valens veritati, à fratre Dima Serpi eo loco præſcriptæ contraire, ait: prophana ſacris immiſcuiſſe. Sed quis tàm rudis eſt ingenij, quod agere de Primatu Eccleſiarum, agendo de Pontifice Primariæ Vrbis, dicat eſſe prophanum? Hunc primũ ſcrupulum

lum Poeta ſoluit, cum ait. Obſequium amicos, Veritas odium parit. Audite Sapientes. Prophanum appellat, agere de Primatu Eccleſiarum? Sanctus Clemens Papa: & Sanctus Anicetus inter Drcreta de Trinitate, Incarnatione, & Sacramentis, de Primatibus Eccleſiarum egerunt; vt videre licet in decretis, & decretalibus, multisq. alijs Conſtitutionibus: neq. propterea dicendum erit, quod prophana miſcuerint ſacris.

In conſt. Apoſt.

Doctor ergo iſte, accuſat me, tanquam hominem, qui contra Cõcilij Tridentini decretum fecerim, prophanaq. diuinis miſcuerim; putauit fortè, quòd hæc in publicũ nõ eſſent proditura? Ecce quod in occulto fecit, quomodo lucent in oculis ſolis; & illa, quæ dixit frater Serpi, non ſolùm prophana non ſunt, verum etiam ſanctiſſima, & honeſtiſſima, ac veriſſima ſunt. Et certè auditores acutiſſimi, non mirandum eſt, quòd de Primatu Eccleſiæ Calaritanæ, ita vir iſte ſentiat, quia in illa, ait ipſe, & Canonicus, & Doctor ſum; cui competit eius honor, atque defenſio. Ad cœtera indignationis verba, placuit magis ſilentio reſpondere, quàm amicum conſacerdotem talione mordere. Quis enim, niſi delyrio occupatus, affirmabit, omnes Hiſpaniæ Ciuitates vocari pediſſequas, cum deſcribuntur Sancti Ildephonſi merita, & martyrium

Cõc. Trid. ſeſſ.

San-

Sanctæ Leocadiæ; & ſimul Vrbs Toletum laudatur Hiſpaniarum Primaria? atq. propterea detrahi Populum à fide, & Victorijs ſanctorum? Ignari homines, ac non pij hac occaſione, ſi ſcandalizantur; paruulorũ hominum ſcandalum, ac inſipientium erit; non eorum, qui gloriam Sanctorum extollunt. Hæc enim Martyrologium, non modò non prophanant, verum etiam, quandam deuotionem ſpecialem in animis piorum hominũ ingerunt, quam huic precamur amico.

§. 20.

DVm enim multa gratis, & temere Frater Serpi profert, neſcis vtri aſſentiaris; & dum plurima interſerit, ad Sanctorum hiſtoriam nihil pertinẽtia, quæ non modò non componant mores, ſed potius ſint refertum quoddam diſſetionum ſeminarium. vix credi poteſt, quantum legentium mentes prouoeet, vt ſi quid fortè deuotionis Sanctorum exempla legendo cõceperant, id omne in odium, inuidiamq. conuertat, tàm iniqua Vrbium Collatione inter ſe.

Ad §. 20.

SImili calumnia Sanctus Athanaſius apud Imperatorem Conſtantium fuerat accuſatus, vt magna indignatione, odio apud ipsũ eſ- S.Athan.li. 1.contr.Imper.Conſt.

eſſet. Cui Sanctus ſic benignè reſpondit. Oportet tranquilliſſimè Imperator, eum qui ſe deffendit, vera dicere, præſertim apud tuam maieſtatem. Nihil enim huiuſmodi ſcripſi; nunquam talem Epiſtolam, quæ quidem mea ſit, aduerſarius inueniet; etiamſi quotidie litteras miſero. Miror tamen interim aduerſarium, ſine vlla abominatione, & horrore mendacij, ita falſa ad tuas præſertim aures, potuiſſe dicere: cum mendacia patrem

Ioan.8. diabolum habeant. Ijq. qui mentiantur, alie-

Ioan.14. ni ſint ab eo, qui dicit: Ego ſum veritas. Id enim meditantur, & ſtudio habent, in mentiendo, vt omnia moueant, & perturbent: fortaſſe ea ſpe, quod te Imper. multum obganniendo, aduerſum nos irritare poſſe cre-

Hæc S.Ath. dant. Qui attentè legerit, quæ ijs dubijs adlata ſunt ab homine iſto, apertè colliget, ſe poſſe, excogitaſſe, vt Ciuitates omnes Regni Sardiniæ contra me inſurgant, quaſi contra inimicum; quia & illas pediſſequas me feciſſe aſcribit, & iniquam inter ſe collationem deſcripſerim. Quæ quam minus vera ſint, opus ipſum in teſtem citatum, opporteret in præſentiarum adducere. Vah? non veretur, tàm falſa, ac mendacijs plena refferre? Poſſem ſanè oratoriæ artis non obli-

S.Hier.ad Ruffinum. tus, cum Hieronymo dicere. Apparet iuxta inclyti oratoris eloquium, voluntatem habe-

re

re mentiendi, ſed non artem habere fingendi; quia tamen ipſa veritas magna fides eſt; nolui contra illum deſeuire, ſed patienter ſuſtinere, quia propter Patriæ, & Sanctorum eius defenſionem, tot iniurioſis verbis ego pe tor; qui nullam Vrbium Sardiniæ æquam, vel iniquam collationem inter ſe deſcripſi, in meis operibus; imò omninò contrarium repe rietur, lib. 1. cap. 2. vbi omnium Ciuitatum Sardiniæ Regni laudes & encomia protuli? & in quo vnaquæque præfulgeat, deſcripſi. Multi enim verba viri huius legentes ad me acceſſerunt expoſtulantes, in qua meorum operum parte, illa contineretur Vrbium inter ſe iniqua collatio? quam ſe ignoraredicunt, quam, & ego operis auctor, ignoro; Gratis ergo, loquutus eſt vir iſte, poterat enim hæc ipſa, abſq. tanto odio referre: Sed vt quàm ſancta, pia, & honeſta Frater Serpi ſcripſerit, ediſcat homo iſte, attendat, quod ex ordine Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacræ Congregationis Indicis librorum, Chronica Sanctorū Sardiniæ à me Typis data, Doctoribus oblata fuit examinanda, ad inſtantiam cuiuſdam Procuratoris ſui, & ita, ipſi examinatores, ſic poſt cenſuram, propria manu firmarunt: De mandato Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini, Domini Cardinalis de Aſculi, Præſidentis Sacræ Congregationis

Li. 1. Chro. SS. Sar. c. 2.

Cenſura Chron. SS. Sardinæ Romæ per Illuſtriſs. D. D. Card. Sacr. Cong. Indic.

Indicis librorum, Vidimus, & attentè legimus Chronicam Sanctorum Sardiniæ compoſitā per Fratrem Dimam Serpi, & nihil in ea reperimus, quod fidei Catholicæ, aut bonis moribus obſtet, &c. Ecce teſtes omni exceptione maiores, qui nihil mutandum, nihil corrigendum nihil innouandū in operibus meis repererunt. Quis ergo ex nobis magis iuſtificetur in ſermonibus ſuis, ex dictis percipi poterit. Nè quęſò amplius feriat amicum gratis, & temere, qui illum beneuolo animo, ac in viſceribus Ieſu Chriſti proſequitur; neque ſeminarium diſſentionum (quo eius memoriale, & Epiſtola ſunt referta) illius operibus imponat: quæ Doctrinam loquuntur inter ſapientes, & pios homines, Quę ſi non capiens, prophana exiſtimat, temerè, & gratis prolata, quid ad nos? Nonne Verbum Crucis (ait Apoſtolus; pereuntibus, quidem ſtultitia eſt, ijs autem, qui ſalui fiunt, ideſt nobis, Dei virtus eſt. Ediſcat quæsò, vt capiat, & deuotus ſancti huius efficiatur. Et hæc pro ſecundo ſcrupulo, huic viro ſufficiant.

1. Chorin. 1. Vbi ſup.

§. 21.

Deinde Sanctis Sardis patriam, prout ſibi arriſerit, aſſignare non veretur, nihil curan de auctoribus; quod tamen ita liberè præſtat; ne diam

im-

impudenter; vt nullus ſanæ mentis,non videat hiſtoriam illam non modo Religioſo viro indignam eſſe,verum etiam quouis alio hiſtoriographo. idq. cum paſſim, tùm præcipuè oſtenditur,lib. 1.fol. 28. agens de ſanctis,Iuſta,Iuſtina,& Henedina. Nec verò ex reliquis Sardiniæ locis Sanctòrum memoriam eradicãs, eos omnes Calari parit,educat, & martirio coronat.

Ad §. 21.

SI Religioſi Viri non impedirer modeſtia; quę ab vberibus mecum creuit; Dicerem vtiq. virum iſtum nimis attrita fronte, non frenatoq. ore, impudenti auſu, ſulcantibusque Vngulis;quaſi vrſum contra me inſurrexiſſe; nouum ſanè genus indocti hominis,vel potius antiquiſſimum inſipientium reſpondendi ad obiecta; cum enim nulla adeſt ſciētia, venitur ad maledicendi licentiam; ad iniurias, & odioſa verba. Sed quia propter Sanctos factus eſt mihi inſidiator, opto potius, quòd hæc iniuria ſit mihi in meritum, quàm offenſus fratrem lædere, quem amare præceptum eſt.

De Sanctis ergo iſtis Iuſta,Iuſtina,& Henedina, dixi eſſe Calaritanas, & denuò ſi non deſcripſiſſem illic, nũc hic deſcriberem,quia Calaritanæ ſunt, iuxtà maiorum noſtrorum fidelium traditionem; cui traditioni nullus adhuc Martyrologij Deſcriptor,contradixit, (Not. 1. de SS. Iuſta, Iuſtina, & Henedina Calaritanus.)

præter hunc, qui ſe Doctorem nominat. Sunt ergo Calaritanæ, ibi natæ, ibi educatæ, ibiq. martyrio coronatæ. Sed dato, quòd aliquis auctor eſſet diuerſæ opinionis, propterea me liberum, & impudentem vocat? Nonne hiſtoria multis, ac diſparibus opinionibus ſubiacet? Nonne Sanctam Agatam, alij qui Panormitanam, alij verò Catanenſem aſcribunt? Numquid propterea auctores illi liberè, & impudenter de ſancta iſta ſcripſiſſe dicendum erit? neq. enim hunc dicendi modum Calari percepit amicus, ſed quia quod à natura ineſt; ait Philoſophus; ſemper ineſt. Mutauit locum, ſed non mores.

Baro. Car. in Breu. Roman.

Ignari ſanè hominis eſt, ac parum Sapientis, ignoraſſe de vna, eademque re auctores, iuxta probabilem vniuſcuiuſq. opinionem, diuerſimodè ſentire; præſertim in ijs, quę hiſtorię ſunt: neq. propterea alter alterum iniuriis petit, quæ, quia ignorat homo iſte, audiat auctores, non ſolùm parui momenti, ſed etiã Sanctos Patres, & antiquos Doctores de vna eademq. re, æquè maxima, inter ſe diuerſimodè ſenſiſſe. S. Yſidorus, Nicephorus, Sigibertus, Petrus Equilinus, Ado, & multi alij, quos ſequutus fuit auctor Breuiarij Romani; affirmant Glorioſiſſimum Chriſti Domini dilectũ Diſcipulum Ioannem Euangeliſtam Interfecto Domitiano, & eius actis ob nimiam cru-

Io. Euang. mortuus. S. Yſido. de Vir. Illuſt. Nicaph. li. 2. c. 42. Sigibert. in chro. Equilin. in Catalog. Ado ĩ martirol. Breu. Rom.

de-

delitatem à Senatu reſciſis, ſub Nerua Principe rediјſſe Epheſum, ibique vſq. ad Traianum Principem perſeueraſſe, totasque Aſiæ fundaſſe, & rexiſſe Eccleſias: qui Senio confectus, Anno ſexageſimo octauo, poſt paſſionem Domini, obijt; & iuxta eandem Vrbem Sepultus fuit. Nihilominus contraria omnino aliorum Sanctorum Patrum ſententia eſt, Ioannem Glorioſiſſimum Chriſti Domini Diſcipulum, nedum vitam cum morte commutaſſe; ſed adhuc viuum manere, quouſq. in extremo tempore veniat cum Enoch, & Helia prædicaturus, contra Antichriſtum; atq. tres nondum nunc mortuos, venturos Chriſti teſtes aduerſus Antichriſtum: Eſt in primis Sanctus Hippolytus Martyr, qui oratione de conſumatione ſæculi, ſic loquitur. Prior Chriſti Domini aduẽtus Præcurſorem habuit Baptiſtam. Poſterior verò, quo venturus eſt in gloria, Enoch, & Hæliam, & Ioannem Theologum, habebit; cuius ſententiam amplexatus eſt Sanctus Ambroſius in Luc: cap. 7. Ioannem Euangeliſtam adhuc viuere affirmans. Hoc idem Andræas, & Aretas in cap. 10. Apocalipſis, ſuper hæc verba: Oportet te iterum prophetare; iis verbis affirmant. Haud verò ignorandum, quod vulgi opinio ſit, quaſi Beatus Ioannes ad finem vſq. mundi victurus ſit, venturusque, vnà cum Enoch,

Ioan. Euãg. viuit.

S. Hypol. in orat. de cõſum. ſæculi

S. Ambroſ. ſup. Luc. c. 7.

And. et Aret. in c. 10. ſup. Apoc.

& Helia, tempore Antichriſti, vt ſimul cum eis, homines qui tunc erunt, corrigat; & ab ipſo denique Antichriſto interimendus ſit. Hęc illi. Eſt etiam Theophilatus, in capit. 21. Ioan. qui ait, Ioannem Euangeliſtam viuere, & ab Antichriſto occidendum, cum Helia, prædicantem Chriſtum. Hanc eandem ſententiam de Ioanne Glorioſiſſimo Chriſti Domini dilecto Diſcipulo, docent Theophilus, & Ioannes Dominici Cardinalis, ſuo tempore ſanctitate, & doctrina inſignis, vt Sanctus Antoninus refert 4. par. Theolog. tit. 13. capit. 4. §. tertio, Abbas Ioachim in cap. 10. ſup. Apocalypſim. Freculphus in Chronico Tom. 2. lib. 2. cap. 9. Sabellicus lib. 1. de dictis, & factis memorabilibus. capit. 8. Georgius Trapezuntius, in libro ſuper illud Ioannis cap. 21. Sic eum volo manere, donec veniam. Ambroſius Catherinus, ſup. cap. 2. Geneſis. Vielmius, de ſex diebus conditi Orbis, lectione vigeſima. Pineda in Monarchia Eccleſiaſtica, libro decimo, cap. 38. §. quarto. Tùm alii multi id ipſum affirmãt magnæ auctoritatis viri; & hoc notandũ maximè eſt, quamuis monumentum, ſeu ſepulcrum eius oſtendatur. Quid hoc? Viuus, & non viuus? Reſpondet Euthymiu. ſup. cap. 17. Math. Viuens enim, ingreſſus eſt Ioannes ſepulcrum, et inde translatus eſt; ſicut Enoch,

Theoph. Ioã. dõnin. S. Anton. 4. p. Theolvg. tit. 53. c. 4. §. 3. Abb. Ioac. c. 10. Apoc. Ferc. ĩ chro ni. to. 2. li. 2 c. 9. Sabell. lib. 1 cap. 8. Amb. Cat. ſup. c. 2. gẽ. Vielm. de. 6 dieb. cond. orb. lect. 20 Pined. ĩ Mo narc. lib. 10 c. 38. §. 4. Euty. ſup c. 17. Math.

Enoch, et Hælias, etc. Sed et de ætate Ioannis Glorioſiſſimi Diſcipuli, dato, quòd mortuus ſit, varia eſt Sànctorum, ac Doctorum ſententia. Sanctus Iſidorus, & Petrus Epiſcopus Equilinus, tùm alij multi affirmant obijſſe, anno octuageſimo nono ſuæ ætatis; & poſt Domini paſſionem, ſexageſimo octauo. vt ſupra ad dub. 60. retulimus. Nihilominus Dorothæus in Synopſi, ſic habet. Vixit Ioannes Euangeliſta annos natus centum viginti. Quibus ſic poſitis, ediſcat Doctor iſte, quòd non ſit abſurdum, Sanctas iſtas, affirmaſſe, fuiſſe Calaritanas, cum nullus ſit in contrarium auctor, & traditio ſit inter nos antiquiſſima, quòd Calaritanæ fuerint.

S. Iſid. vbi ſup. Eqnil. ibi. ad dub. 60.

Doroth. in Synopſi.

De cœteris autem, quos Calari deſcripſi: grauiſſimos ſum ſequutus auctores, vti in proprijs locis videre quisque poterit. Neq. me impudentem vocet, & liberum. In vtroque enim dignoſcimur ambo; Sardi enim ſumus. Sed ſi Sanctas illas Calaritanas non fuiſſe compererit, imprimat opus, & det Cunctis legendum; vt potius de doctrina ſua conſtet, quàm de maledicendi licentia.

§. 22.

VErum etiam fortiſſimum æquè Illuſtriſſimum Martyrem Sanctum Gauinum, ex ingenua Sabellorum familia, Romanum omninò fuiſſe negat, libro tertio, folio 146. cum tamen nulla ſit adductus auctoritate, præter eam quam ſibi tribuit; ſuoq. iudicio, quo nulli aſſentitur. In primis vetuſtiſſimæ traditioni, qua ab eiuſdem Sancti Martyris contemporaneis, quaſi per manus deriuatum eſt. Idque pro certo habent Saſſarenſes, quos non eſt exiſtimandum ſe tanto Ciue priuaturos fuiſſe, ſi eum ſibi adſciſcere potuiſſent. Præſertim Ioannes Franciſcus Fara Epiſcopus Boſanen. cuius de Rebus Sardois hiſtoriæ librum primum forſan videris Princeps ſapientiſſime.

Ad §. 22.

MAxima circundatus Catena, propter Sanctos ſum; & glorior in tribulatione hac, quia cum oppoſitum nullatenus probare poteſt Ioannes iſte: Et nulla hiſtoria de hoc ſit; in verba indignationis, & odij prorupit; indigna ſanè Viro Sacerdotio inſignito, Canonico, & Doctore. Aporiamur, dixerat Apoſtolus, ſed non de-
1. ad Cor. c. 11. ſtruimur; imò fortiores facti ſumus in bello,

lo, & Caſtra vertemus exterorum. Gaudete igitur Sardi, iterum dico gaudete, quia Sanctiſſimus Martyr Gauinus, Sardus natione eſt, Turribus ortus, Turribus educatus, & Turribus glorioſo Martyrio Coronatus. Eſt in primis Ioannes Arca, qui cum nullam inuenerit hiſtoriam, Sardum natione dicit, ſic de illo loquens. Sanctum hunc beatiſſimum Martyrem, Sardum dixerim natione; tùm quia non pugnat contrarium, tùm etiam quia Turrium Incola; Potuit tamen fieri, vt à Romanis ſuam originem traxerit è Sabellorum, vt vulgò dicitur, familia; non quia natus Romæ, ſed quia Turrium Ciuitas, in qua ipſe ortus eſt, Romanorum eſſet Colonia, Hæc ille. Eſt ſecundo Ioannes Fara, quem ipſe citat, qui noſtræ non ſuæ eſt ſententiæ; cum illi in dubio ſit animus, ait enim. Turribus floruit Gauinus Romanus Miles, ex præclara; vt fertur familia Sabellorum; qui Cuſtos Carceris erat, etc. In cuius præſcriptione nullum aliud adducit teſtimonium, quàm (vt fertur) quod certè non omnimodæ veritatis teſtimonium eſt; cum nullo alio teſtimonio, vel auctore roboretur, quàm, vt fertur. Sequitur ergo, quod Fara non affirmat Sanctum Gauinum, non eſſe natione Sardum, ſed opinatiuè lo-

Io.Arc.li.1 fol. 1.

Io.Fara.li.1 fol.

qui-

quitur; quaſi dicat, non ego affirmo eſſe Romanum, ſed vt fertur, Romanum dico. Ecce ergo Auctores ad meam opinionem venientes, & dicentes Martyrem fuiſſe natione Sardum: Et ad confirmationem huius opinionis,
Not. 1. ſit primum Notabile. Non fuit ſanctus Gauinus Martyr Romæ natus, ex Illuſtriſſima Sabellorum familia; Nam hiſtoria hoc non profert, imò contrarium ex illa colligitur: quia ſi ex illa fuiſſet familia, dixiſſet Gauinus æques Romanus, non Miles Romanus: ſed quis credet fuiſſe nobiliſſimum hominem, Cuſtodem Carceris; quod munus propriè infimorum, ac humilium hominum eſſe ſolet? Et ſi Cuſtos Carceris erat, nunquid hoc munere decoratus, Roma venit ad Cuſtodiendum Turribus Carceratos? minime gentium; ſed Sardus natione erat, ab aliquo deſcendens, qui Sabellorum nomen acceperat. Et cùm in hac Alma Vrbe ſint Tres Sabellorum progenies; minimè ex Illuſtriſſima deſcendiſſe credẽdum eſt; cum hiſtoria dicat, fuiſſe militem: non autem Equitem. His igitur firmiſſimum fundamentum imponere cupiens, nunc ego degens Ro-
Nota. 2. mæ Sabellorum Illuſtriſſimam Familiam adij, rogans, vt quæ in antiquis monumẽtis ſuæ Illuſtriſſimæ Proſapiæ erant, oſtenderent, ſi forte inter ea ſanctus Gauinus Martyr eſſet inuolutus.

lutus. Et perſpectis omnibus attente apud illos, nulla hiſtoria, Inſtrumentum, titulus, monumentum, vel memoria eſt, de ſancto Gauino martyre in Sardinia: cum ſit ſpecialis mentio, Sabellorum Familiam à Rege Latino ante Chriſtum natum, annis plurimis, Illuſtriſſimã extitiſſe; ex eaque, & Principes, & Duces ſtrenuiſſimos proceſſiſſe. Poſt Chriſti verò Domini Noſtri paſſionem, primus, qui ex ea floruit in fide, fuit Cayus Sabellius, diſcipulus ſancti Barnabæ Apoſtoli, magnus ſanè fidei prædicator, & acerrimus defenſor. Hunc Cayum Sabellium, Anno Chriſti Nonageſimo ſecundo, ſanctus Anacletus Papa, Epiſcopum Mediolanenſem conſecrauit; qui vitæ ſanctimonia florens, quieuit in pace. Ex hac eadem Illuſtriſſima Familia, plures ſummi Pontifices Sanctæ Romanæ Eccleſiæ orti ſunt; Liberius I. Benedictus II. Eugenius I. Gregorius II. Honorius IV. Patriarchæ quam plurimi: Multi S.R.E. Cardinales, Epiſcopi innumeri, & Archiepiſcopi. Sancti ex illa familia ſunt ſanctus Peregrinus Epiſcopus Antiſiodorenſis, qui tẽpore Adriani Imperatoris, in loco qui dicitur, Domine quo vadis, glorioſò martyrio fuit coronatus. Sunt ex eadẽ familia Sanctus Manſuetus, ſancta Lucina Sauella, Vultum Sanctum Sabellij Romam detulerunt, & alij quos breuitatis cauſa relinquo. Inter quos

Cayus Sabell. diſcip. S. Barn.

Factus Epiſcopus Mediolan.

S. Peregrin. Epiſc. Antiſio. & mar.

S. Manſuet. S. Lucina. Vultus Sanctus Rom.

quod ſi ſanctus Gauinus martyr Sardus, ex eadem familia fuiſſet, facile eſſet ibi reperiri, ſed nulla prorſus memoria de illo in prædictis antiquis monumentis habetur. Quare iuxta primam ſententiam, Sardum natione dicimus, noſtrumq. naturalem: Turribus ortũ, Turribus educatum, & Turribus Martyrio coronatum.

Nota 3. Franc. Sanſou. de Vir. Illuſt. Italiæ.

Notandum eſt hoc loco, nõ obſtare, quòd Franciſcus Sanſouinus, qui ijs temporibus Hiſtoriam Illuſtrium Virorũ Italiæ ſcribit, & dicit, quòd ſanctus Gauinus, ex Sabellorum ſit familiã. Et Auctor operis triumphi Martyrũ, eius vitam ex Sardoa lingua (vt ipſe teſtatur inde) acceperit. Nã ij duo ab aliquo Saſſarẽſi ediſcerunt, qui vt fertur, habent pro teſtimonio. Iſti autem Auctores, cum nouiſſimi ſint, oportet à quibus acceperint demonſtrare. Cum in monumentis antiquis Sabellorum Illuſtriſſimæ Familiæ, inter eorum Sanctos, nõ ſit Gauinus Turribus in Sardinia martyrio coronatus; neque aliqua ſit, de illo memoria inter eos, præter illam, quam aliqui Saſſarenſes in Vrbe Alma exiſtentes, dederunt, ex qua proximis retro annis, illi duo Auctores anſam ſuſceperunt, aſcribendi ſanctum Gauinũ in Familia Sabellorum nobiliſſima; vt expreſsè Auctor Triumphi Martyrum conſcribit dicens. Sicuti accepimus ſcripſimus, hiſtoriam

Triũphus mart.

ſancti

sãcti Gauini martyris,ex Sardoa Lingua in Latinum conuerſam. Accepiſſe autẽ aliunde nõ potuit, quàm à Doctore Arola, qui Lingua Sardoa, Laudes ſancti noſtri Gauini martyris conſcripſit, qui idem teſtimonium habuit,atque Ioannes Fara, ſcilicet, vt fertur; quia nulla habetur alia hiſtoria, quæ nullo modo hiſtoria dici poteſt, cum nullum habeat Auctorem.

§. 23.

QVem tertio quoque verbo carpit, neſcio qua fronte, cum ab eo emendicauerit; ſi quid forte pulchrum in ipſius hiſtoria oſtendatur, & male, cum loquitur incipit eſſe ſuus.

Ad §. 23.

QVæ conuentio Chriſti ad Belial, aut quæ cõparatio homini S. ad canẽ? Quid opus Franciſci Faræ, cum à me editis quatuor libris de ſanctis Sardiniæ? ille Ethnicorum ad Tartara igni æterno datorum, Cathalogum contexuit, vt videre eſt à pag. 1. vſque 69. & à pag. 95. vſque 116. cum eius liber 155. paginis contineatur. Ego verò Cathalogum Sanctorum, in quattuor libris, à prima pagina vſque ad vltimam; deſcripſi. Oro, vt di- Eccli. 13. Liber Franciſci. Faræ quid contineat.

cat,

cat, quid ab illo acceperim,cum illius ſcopus fuit,non de Sanctis:ſed de rebus Sardois agere; meus verò de Sanctis ſcribere? ille iuxta ſuum præfixum finem, ſic habet, in titulis. Hercules, Græci, Sardus, Libies, Norax,Hiberi, Ariſteus, Græci, Galàtas,& Galli; Siculi, Iolaus, Theſpiades, Athenienſes, Eneas, Troiani, Lydi,Locrenſes, Traces,Rodi,Phriges, Cypri, Phenices, Aegyptij, Mileſij,Cares, Lesbij, Corſi, Phocenſes, Cartaginenſes, Romani, & alij quos apud eundem videre licebit.Ego autem iuxta mihi præfixum ſcopũ, Ab inuictiſſimo Sancto totius Sardiniæ Patrono, ac primo martyre Antiocho, qui Anno Domini cẽteſimo vigeſimo quinto,ab Adriano Imperatore martyrio glorioſo ,fuit coronatus, vſque ad Beatum Saluatorem ab Horta, qui Anno Domini, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo miraculis clarus in Conuentu Sanctæ Mariæ de Ieſu,Ordinis Seraphici Patris Franciſci de Obſeruantia,quieuit in pace, laudabili præfixo fine, omnium vitam deſcripſi;Oro igitur (ſi ipſe eſt qui hæc dicit,) vt oſtendat mihi, quid pulchrum à Ioanne Franciſco Fara acceperim,quo totum meum colluſtratum præfulgeat opus, quidq. ab illo emendicauerim, quo Sanctorum vitæ à me prælo datæ magis eluceſcant. Nõ enim ſapientis hominis eſt, hæc dixiſſe abſque pro-

Libri 4. de ss.Sardiniæ quid contineant.

batione;

batione: Hoc igitur facere debuiſſet, & non impudicis verbis protrahi, quæ nihil proficiunt. Sed ad priora redeamus, nam in quo me carpſiſſe faram, ait Vir iſte, iam ſuſpicor: Non ſanè in alio, quàm in illis paucis lineis, quibus interſerere Sanctos voluit, inter ethnicos illos; forte breuitatis causa, (quia non aliter de tali viro cenſendum eſt) Sanctos Patria Calaritanos, ſolum Sanctos Sardos deſcripſit; quem ego poſtea nolui ſequi, ſed iuxta Doctores ibi citatos, Calaritanos fuiſſe, affirmaui: ſcilicet ſanctum Potitum, Sanctam Reſtitutam, ſanctum Euſebium Verſellenſem, Epiſcopum & Martirem, ſanctum Hilarium Papam, ſanctum Emilianum, Priamum, & Lucianum martyres, & ſanctam Fælicem martyrem: Hæc & alia ſunt in quibus ait: Ioannes iſte, me carpſiſſe Ioannem Faram, tertio quoque verbo: Voluiſſet, vt video, quod ſilentio præterijſſem, hos omnes fuiſſe ſanctos Patria Calaritanos. In cuius rei teſtimonium legendi ſunt Ioan. Mariana lib. 2. Giacon. de vit Pontific. Primus Gabilonenſis, in topographia Sanctorum, verbo Calaris; Quare illud non fuit carpere, ſed veritatem in honorem nobiliſſimæ Ciuitatis Calaritanæ propalare.

Not. Valde.

Ioan. Mar. l. 2. cap. 20. Giacon. Gabil.

Ad vltimum dicimus, virum iſtum ex Canonico Sacerdote, & Doctore, euaſiſſe cuiuſ-

dam

da Poetæ diſcipulum, qui indignatione contra Poetam alium permotus, dixit. Et male eum loquitur incipit eſſe ſus. Attendite queſo quis, & qualis eſt vir, qua fronte ornatus, qua eloquentia prædítus, qua doctrina edoctus, & qua verecunda facie compoſitus, quod ad Illuſtriſſimum Cardinalẽ, omni virtute pollentem, in hæc impudentiſſima proruperit verba. Dixi iam Ioannes, quia, quod a natura ineſt, ſemper ineſt: & ſane doleo, quod Satyrici Poetæ ſis in maledicendo aſſequutus doctrinam. Pro reſponſione ad tam iniurioſa verba, omnipotentem oro, vt nobis viſcera pietatis infundat; vt omni debenti nobis, & offenſoribus clementer indulgeamus; Sicut nobis indulgeri petimus; & eis tam larga beneficia demus, quanta nos a ſua maieſtate recipere optamus.

Not. valde. Quoniam autem de Sanctis noſtris, Patria Calaritanis, nunc mentionem fecimus, pijſſimum, omnique virtutis ſplendore ornatum Illuſtriſſimum Paſtorem: Hortamur, vt de Sancto Hylari, ſeu Hilario Papa, noſtræ nobiliſſimæ Patriæ Calaritanę ſplendore, feſtum diem ſub duplici officio Confeſſoris Pontificis cælebrari faciat. Ad quod non opus eſt noua conſultatione Summi Pontificis: cum in Kalendar. Roman. die 10. Septemb. poſitus ſit: de illoq. Cardinalis Baronius in Anna-

nalibus tom. 1. ſplendide loquatur, & in Martyrologio quo S.R.E. vtitur (ab ipſo cõpoſito) ita dicat. Quarto Idus Septẽbris. Romæ Beati Hilarij Papæ, de quo, Vſuardus, Beda, Ado, & alij recẽtiores, hac die. Succeſſit enim hic Sancto Leoni Magno, &c. Hoc idem teſtatur Maurolitius, eodem die. Hunc igitur Patronum venerari debet, non ſolum Sancta Metropolitana, ac Primatialis Eccleſia Calaritana, quoniam Calaritanus eſt: teſte Ioanne Mariana, & Alphonſo Ciaconio, In de vitis Põtificum. Verum & Sardinia tota, Quia Sardus natione eſt; ipſumq. elegit ſibi Chriſtus Dominus Vicarium in terris, vt præeſſet Domui ſuæ; ſcilicet S. Rom. Eccl. Eſt etiam inter præſules Sardiniæ maximè laudandus Sanctus Benedictus Epiſcopus; Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis; cuius vitam & miracula ex manuſcripto Codice: in Palatio Apoſtolico exiſtenti: A Petro Diacono magnæ auctoritatis, & fidei Hiſtorico illius ætatis conſcripto, qui ſic habet.

Die 10. Septembris.

Conſtantinus Sardorum Rex, ſub Dionyſio Abbate Caſsinenſi; miſit ad illum, vt ei vnum ex Monachis mitteret, qui Epiſcopatum reciperet. Tunc miſit ei quendam honorabilem Monachum, Benedictum nomine, Virum per omnia venerabilem; qui dum ſa-

Hiſt. S. Bened. Epiſc.

tis ſtrenuè ibi Epiſcopatus ordinem gereret: ex more ſolito, veniens maxima multitudo paſcerum, ſuo ſtercore omnem Eccleſiam fædabant, ſimul & omnia vaſa altaris, & ipſum quoque altare ſtercore inficiebant.
miraculum Tunc vir Domini; cum maximam inde quotidie ſuſtineret iniuriã; facto crucis ſignaculo, dixit. Præcipio vobis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ne in hanc Eccleſiã amplius intretis, neque ei iniuriam iſtam fetoris faciatis. Et factum eſt, vt deinceps nõ ſint ingreſſi paſceres, neque Eccleſiam fœdauerint, ſicut vir Dei Benedictus præceperat.

miraculum Quodam autem ſuccedente tempore, Sarraceni Sardiniam ingreſſi ſunt: & cum ad S. Benedicti Epiſcopatum intraſſent: Epiſcopum ſumma cum diligentia quærere cœperunt. Sarraceni vero Eccleſiam ingredientes, in Epiſcopum impigebant, vt illum inuenire poſſent, ac tenere. Et diuina gratia factum eſt; vt ipſum orantem coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & præces fundentem pro ſe ſuiſq. ouibus, Sarraceni illum videre non potuerunt. Hæc Petrus Diacon.

Not. Vald. Ex quibus duo colligimus, Conſtantinum iſtum Regem Sardiniæ, fuiſſe filium Bariſonis Regis Primi, Sardiniæ; quem meminimus ad dub. 24. fol. 65. Secundò inferimus; dub. 24. fol. 65.

Hunc

Hunc Sanctū Benedictum Epiſcopū, fuiſſe illum, quem connumeratum inter Boſanenſes Epiſcopos in Catalogo illius Cathedralis reperimus, de quo in hiſtoria manuſcripta ita habetur. Benedictus . . . . . . corroſū eſt
Olim Abbas Monaſterij Sanctæ Eufemię, de Villanoua Dertuniæ Diœceſis Epus fuit Sanctæ huius Eccleſiæ Boſanenſis. Ratio vero Not. 3.
qua probatur hunc fuiſſe; eſt, quia ipſa Ciuitas Boſanenſis, magnaque pars illius diœceſis iuxta litus maris ſint conſtituta, vbi facile creditu eſt, miraculum illud de obcecatione Sarracenorum ingredientium ad Eccleſiam, factum fuiſſe. Confirmatur etiam tra- Not. 4.
ditione maiorum, quos audiui dicentes, ſimile miraculum contigiſſe In Eccleſia antiqua Cathedrali Sancti Petri; nunc extra nouam Cathedralem ad miliaria pene duo cōſtituta. Cum enim Sermones haberem Quadrageſimales in Sancta, Eccleſia Cathedrali in Ciuitate conſtituta. Anno Milleſimo Quingenteſimo nonageſimo ſecūdo. In die Cathedræ S. Petri. 22. Februarij; ad Cathedralem veterem populus, & Clerus proceſſionaliter quotannis accedunt, ibiq. ſermone habito ad populū, regrediuntur; vbi hæc quæ dixi, à maioribus accepi. Sicq. pro certo habendum eſt, Sanctum iſtum Benedictum fuiſſe Epiſcopum Boſanenſem.

Not. Valde — Eſt etiam hoc loco notandum, quod Diocletiani, & Maximiani temporibus, & multò ante, tam Calari, quam in cæteris Regni Ciuitatibus, & locis, fuerint multi martyrio coronati: (vti in chronicis à nobis æditis de Sanctis Sardiniæ demonſtrauimus) Ex quibus adhuc nobis quāplurimi incogniti ſunt; & indies diuina bonitas aliquos nobis oſtēdit: ſicuti eos qui in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis reperti fuerunt, in concauo maioris altaris, ſine nomine tamen. Aliquos vero denuo agnoſcimus, per eorum monumenta, quorum nomina ibi deſcripta ſunt. Quod etiam in Catacumbis apparet, vt multa ſint corpora Sanctorum, quorum nomen ignoratur. Quare operepretium duxi hoc loco inſerere, quæ Calari deuotorum diligentia diſcooperta fuerint Sanctorum monumenta, ſequenti modo & forma.

In chor. SS. Sardin.

Eccl. S. Reſ. — Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo octauo, Calari in Paræcia Sanctæ Annæ; è regione templi, eſt Eccleſia Sanctæ Reſtitutæ Martyris; Matris Sancti Euſebij Vercellenſis: cuius feſtum die 17. Maij celebrari ſolet. Hanc Eccleſiam, quæ ſub rupe maxima eſt, deuoti Stampachini colluſtrare volētes, & ampliare; vſque ad prima fundamenta renouandam decreuerunt. Et cum vltra quatuor milia iuga boum terram inde extraxiſſent,

SS. monument.

ſent, comparere cœperũt quædam inſignia, quæ pietatem maiorum noſtrorum aperte indicabant, & glorioſa ſepulchra Sanctorum martyrũ demonſtrabant: imagines, capellas, altaria: quæ credẽdum eſt obruta, & cooperta fuiſſe à Sarracenis, in illa generali Sardiniæ deuaſtatione: vt omnino tolleretur Sanctiſsimi nominis Chriſtiani memoria, ſicut S. Auguſtini teſtatur hiſtoria: à nobis in chronicis de Sanctis Sardiniæ adducta. lib. 4. & in ſolut. ad dub. 61. fol. 157. iterum conſcripta. Sed ad rem veniamus. Aparuerunt nãque ſubtus terrã inde erutam, duæ pulcherrimæ capellæ, quarum vna intus, & foris moſaico opere colluſtrata fulget, in cuius frontiſpicio ſunt trina illa luminaria, eodem moſaico opere confecta, illa dico candelabra Calaritana lucentia ante Dominum, quæ in morte, ſicut & in fide non fuerunt ſeparata; Sãctæ ſcilicet Iuſta Iuſtina, & Henedina Virgines glorioſiſſimę, Calari glorioſo martyrio coronatæ: Sunt enim ibi ſimul cum ſuis titulis, ac expreſſis nominibus. Intra vero dictã capellam, eſt altare in quo ipſæmet Sanctæ Iuſta Iuſtina, & Henedina ſunt depictæ. Et certè exiſtimandum eſt, Chriſtianos pios eas ibi condidiſſe, tam honorifico ſepulchro, poſt acceptum martyrium, quas cum Calaritanas in chronicis à nobis editis ex tradi-

tione maiorum deſcripſerimus; his repertis indicijs, fidem indubiam iudicamus, vti ad §.21.fol.275.etiam deſcripſimus. Hæc enim inſignia miraculoſe, Deo inſpirãte patefacta ſunt. Ipſe enim qui illuminat mentes hominum, de reſtauranda, ac dilucidanda Eccleſia Sanctæ Reſtitutæ cogitans, pios hos deuotos ſtampachinos illuminare dignatus eſt, vt theſaurum iſtud abſconditum circa mille, & quingentos, & vltra annos (ſcilicet poſt prædicationem Euãgelij factam; vt aliqui volunt, à Sancto Petro Apoſtolo; Vel vt verius; à Sancto Antiocho Apoſtolorum diſcipulo: qui in Sulcitana Inſula exilio damnatus, glorioſo martyrio Anno 125. vitam finiuit) in lucem prodiret; ne in perpetuum obliuioni traderentur ſponſæ, quæ amore dilecti, proprio ſanguine conſecratæ fuerũt.

Not. Vald. Ioan. 16. Et quia quærere oportet, ait ipſa veritas Chriſtus, vt inueniamus: Sciendum eſt, prædictos deuotos, qui theſaurum prædictum inuenerunt, inueniendi cupiditate, & Sanctorum deuotione commotos, capellam ſupradictam fodientes inueniſſe monumentum Marmoreum, ſiue mauſolæum, in quo characteres infraſcripti, quatuor lineis contenti, exarati erant. Sequenti modo, & forma, cum duabus crucibus, vna in principio, & alia in fine.

HIC

† HIC REQVIESCIT B. M. EVGENIVS. QVI VIXIT ANNIS, PL'. MIN'. LX. REQVIEVIT IN PACE; SVB. D. XIII. KAL. IANVARIAS. INDIC. DECIMA.†

Quo titulo demoſtratur Beatùm Eugenium martyrio Coronatum Calari, ætatis ſuæ Anno ſexageſimo, vel circa, Requieuiſſe in pace ſub Diocleſiano Imperatore. die vigeſima Decembris, Indictione decima. Neque mirum, quod in. 1. B. pro SC. & in 2. 3. lineis poſitũ ſit, B. pro V. quia hoc ſculptoris vitio, & ignorantiæ latinæ orthographiæ, tribuendum eſt. quod noſtris temporibus ſæpe ſæpius in Impreſſione librorum contigit.

Poſt Sancti noſtri Georgij Epiſcopi Encomia, quibus Illuſtris maxime Sardinia Patria chariſſima prædicatur, vt huic operi finem imponamus (quoniã quę de noſtro Lucifero Calaritano Epiſcopo propoſuimus inpræſentiarum adducere, meliori mutata ſententia, in alium tomum, ſimul cum ſuis operibus, typis donanda cenſuimus) operepræcium duxi, quam illuſtriſſima fuerit, etiam priſcis temporibus ipſa fideliſſima Patria, Eccleſiaſticis dignitatibus & prębendis, demonſtrare; breuiter tamen, ſequenti modo & forma. Not. Vald.

In Sardinia 18. Eccleſ. Vna Primatialis Duæ Metropolitanæ, & 15 Cathedral.

Fuerunt namque In Sardinia, vti nunc Sunt, Vna Primatialis, Sancta Eccleſia Calaritana: & duæ Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ, Turritana Scilicet & Arborenſis. & Quindecim Cathedrales; in quarum vna quaque Epiſcopus cum ſuo Capitulo reſidebat. Quarum nomina hæc ſunt, ex Antiquis monumentis manuſcriptis deprompta. Suellen. Dolien. Sulcitanen. Galtellinen. Sorren. Sanctæ Iuſtę; Piouacen. Boſanen. Biſargen. Ottanen. Caſtren. Ciuitaten. Ampurien. Vſellen. Terralben. Hæ oēs fuerūt Eccleſiæ cathedrales quibus Illuſtrabatur Sardiniæ regnum, quorum nomina adhuc in vſu ſunt apud populum. Cum vero poſt Sarracænorum deuaſtationem, Inſula ipſa non ita populoſa extiterit, quod habitari; ſicuti prius; potuerit: Sereniſſimi Reges noſtri omni fœlici memoria digni, Ferdinandus Et Elyſabetta, Sanctiſſimum dominum Iulium Secundum Romanum Pontificem rogauerunt, pro ijs in pauciorē numerum redigendis, & alias alijs inſerendis, Ex. M. C. illius temporis.

Not. Vald.

Anno itaque Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Tertio. Sexto Kalendas Decembris, regnantibus in Hiſpania, & Aragonum Regnis, Ferdinando & Eliſabetta: Pontifice vero S.R.E. Iulio Secun-

do;

do; Pontificatus ſui Anno Primo, petentibus ipſis Regibus ab ipſo Summo Pontifice, decem,& octo Eccleſiæ Regni Sardiniæ, ad ſeptẽ redactæ ſunt:in tres nempe Metropolitanas,& quatuor Cathedrales:quibus ſeptẽ aliæ vnitæ fuerunt. Calaritano Archiepiſcopatui vnitæ ſunt Eccleſiæ Cathedrales, Suellen. Sulcitanen. Galtellinen. Dolien. Turritano Archiepiſcopatui vnitæ sũt, Cathedrales Eccleſiæ. Piouacen. Sorren. Arborenſi Archiepiſcopatui vnita eſt Cathedralis Eccleſia. Sanctæ Iuſtæ. Ampurienſi Epiſcopatui, vnita eſt Cathedralis Eccleſia Ciuitaten. Alguerenſi vero Epiſcopatui, nouiſſime erecto, ab ipſo Papa, Regibus id petentibus,(vt ex M.C. apparet ſupra citato) ex Parochiali Eccleſia In Epiſcopalem erecta eſt. Et cum non haberet Parochiales Eccleſias ſubditas, vt Epiſcopalis honor requirebat:inſtantibus ipſis Regibus. Idem Iulius Secundus, tres Cathedrales Eccleſias, ſcilicet Ottanen. Caſtren.& Biſargen. in vnã Algueren. cõuertit.

Calaritana

Turritana.

Arboren.

Ampurien.

Algueren.

Vſellenſis Eccleſiæ Epiſcopus ita nominatus ab Vſellis perantiqua Ciuitate, Romanorum Colonia inſigni, quæ vel bellorũ ruinis, vel inimicorum Sarracenorum vi, ſolo æquata, oppidulum eſt. Huius Epiſcopus Ciuitatis, ijs vel alijs de cauſis in Alen. tranſlatus eſt, vbi Sedes Epiſcopalis nũc eſt. Huius

Vſellen.

da Poetæ diſcipulum, qui indignatione contra Poetam alium permotus, dixit. Et male cum loquitur incipit eſſe ſus. Attendite quæſo quis, & qualis eſt vir, qua fronte ornatus, qua eloquentia præditus, qua doctrina edoctus, & qua verecunda facie compoſitus, quod ad Illuſtriſſimum Cardinalē, omni virtute pollentem, in hæc impudentiſſima proruperit verba. Dixi iam Ioannes, quia, quod a natura ineſt, ſemper ineſt: & ſane doleo, quod Satyrici Poetæ ſis in maledicendo aſſequutus doctrinam. Pro reſponſione ad tam iniurioſa verba, omnipotentem oro, vt nobis viſcera pietatis infundat; vt omni debenti nobis, & offenſoribus clementer indulgeamus; Sicut nobis indulgeri petimus; & eis tam larga beneficia demus, quanta nos a ſua maieſtate recipere optamus.

Not. valde. Quoniam autem de Sanctis noſtris, Patria Calaritanis, nunc mentionem fecimus, pijſſimum, omnique virtutis ſplendore ornatum Illuſtriſſimum Paſtorem: Hortamur, vt de Sancto Hylari, ſeu Hilario Papa, noſtræ nobiliſſimæ Patriæ Calaritanę ſplendore, feſtum diem ſub duplici officio Confeſſoris Pontificis cælebrari faciat. Ad quod non opus eſt noua conſultatione Summi Pontificis: cum in Kalendar. Roman. die 10. Septemb. poſitus ſit: de illoq. Cardinalis Baronius in Anna-

nalibus tom. 1. ſplendide loquatur, & in Martyrologio quo S.R.E. vtitur (ab ipſo cõpoſito) ita dicat. Quarto Idus Septẽbris. Romæ Beati Hilarij Papæ, de quo, *Vſuardus*, Beda, Ado, & alij recẽtiores, hac die. Succeſſit enim hic Sancto Leoni Magno, &c. Hoc idem teſtatur Maurolitius, eodem die. Hunc igitur Patronum venerari debet, non ſolum Sancta Metropolitana, ac Primatialis Eccleſia Calaritana, quoniam Calaritanus eſt: teſte Ioanne Mariana, & Alphonſo Ciaconio, In de vitis Põtificum. Verum & Sardinia tota, Quia Sardus natione eſt; ipſumq. elegit ſibi Chriſtus Dominus Vicarium in terris, vt præeſſet Domui ſuæ; ſcilicet S. Rom. Eccl. Eſt etiam inter præſules Sardiniæ maximè laudandus Sanctus Benedictus Epiſcopus; Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis; cuius vitam & miracula ex manuſcripto Codice: in Palatio Apoſtolico exiſtenti: A Petro Diacono magnæ auctoritatis, & fidei Hiſtorico illius ætatis conſcripto, qui ſic habet.

Die 10. Septembris.

Conſtantinus Sardorum Rex, ſub Dionyſio Abbate Caſsinenſi, miſit ad illum, vt ei vnum ex Monachis mitteret, qui Epiſcopatum reciperet. Tunc miſit ei quendam honorabilem Monachum, Benedictum nomine, Virum per omnia venerabilem; qui dum ſa-

Hiſt. S. Bened. Epiſc.

tis ſtrenuè ibi Epiſcopatus ordinem gereret: ex more ſolito, veniens maxima multitudo paſcerum, ſuo ſtercore omnem Eccleſiam fædabant, ſimul & omnia vaſa altaris, & ipſum quoque altare ſtercore inficiebant.

miraculum Tunc vir Domini; cum maximam inde quotidie ſuſtineret iniuriã; facto crucis ſignaculo, dixit: Præcipio vobis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ne in hanc Eccleſiã amplius intretis, neque ei iniuriam iſtam fetoris faciatis. Et factum eſt, vt deinceps nõ ſint ingreſſi paſceres, neque Eccleſiam fœdauerint, ſicut vir Dei Benedictus præceperat.

miraculum Quodam autem ſuccedente tempore, Sarraceni Sardiniam ingreſſi ſunt: & cum ad S. Benedicti Epiſcopatum intraſſent: Epiſcopum ſumma cum diligentia quærere cœperunt. Sarraceni vero Eccleſiam ingredientes, in Epiſcopum impigebant, vt illum inuenire poſſent, ac tenere. Et diuina gratia factum eſt; vt ipſum orantem coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & præces fundentem pro ſe ſuiſq. ouibus, Sarraceni illum videre non potuerunt. Hæc Petrus Diacon.

Not. Vald. Ex quibus duo colligimus, Conſtantinum iſtum Regem Sardiniæ, fuiſſe filium Bariſonis Regis Primi, Sardiniæ; quem meminimus ad dub. 24. fol. 65. Secundò inferimus;

dub. 24. fol. 65.

Hunc

Hunc Sanctũ Benedictum Epiſcopũ, fuiſſe illum, quem connumeratum inter Boſanenſes Epiſcopos in Catalogo illius Cathedralis reperimus, de quo in hiſtoria manuſcripta ita habetur. Benedictus . . . . . . corroſũ eſt
Olim Abbas Monaſterij Sanctæ Eufemię, de Villanoua Dertuniæ Diœceſis Epus fuit Sanctæ huius Eccleſiæ Boſanenſis. Ratio vero Not. 3.
qua probatur hunc fuiſſe; eſt, quia ipſa Ciuitas Boſanenſis, magnaque pars illius diœceſis iuxta litus maris ſint conſtituta, vbi facile creditu eſt, miraculum illud de obcecatione Sarracenorum ingredientium ad Eccleſiam, factum fuiſſe. Confirmatur etiam tra- Not. 4.
ditione maiorum, quos audiui dicentes, ſimile miraculum contigiſſe In Eccleſia antiqua Cathedrali Sancti Petri; nunc extra nouam Cathedralem ad miliaria pene duo cõſtituta. Cum enim Sermones haberem Quadrageſimales in Sancta, Eccleſia Cathedrali in Ciuitate conſtituta. Anno Milleſimo Quingenteſimo nonageſimo ſecũdo. In die Cathedræ S. Petri. 22. Februarij; ad Cathedralem veterem populus, & Clerus proceſſionaliter quotannis accedunt, ibiq. ſermone habito ad populũ, regrediuntur; vbi hæc quæ dixi, à maioribus accepi. Sicq. pro certo habendum eſt, Sanctum iſtum Benedictum fuiſſe Epiſcopum Boſanenſem.

Not. Valde Eſt etiam hoc loco notandum, quod Diocletiani, & Maximiani temporibus, & multò ante, tam Calari, quam in cæteris Regni Ciuitatibus, & locis, fuerint multi martyrio coronati: (vti in chronicis à nobis æditis de Sanctis Sardiniæ demonſtrauimus) Ex quibus adhuc nobis quāplurimi incogniti ſunt; & indies diuina bonitas aliquos nobis oſtēdit: ſicuti eos qui in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis reperti fuerunt, in concauo maioris altaris, ſine nomine tamen. Aliquos vero denuo agnoſcimus, per eorum monumenta, quorum nomina ibi deſcripta ſunt. Quod etiam in Catacumbis apparet, vt multa ſint corpora Sanctorum, quorum nomen ignoratur. Quare opereprætium duxi hoc loco inſerere, quæ Calari deuotorum diligentia diſcooperta fuerint Sanctorum monumenta, ſequenti modo & forma.

In chor. SS. Sardin.

Eccl. S. Reſt. Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo octauo, Calari in Paræcia Sanctæ Annæ; è regione templi, eſt Eccleſia Sanctæ Reſtitutæ Martyris; Matris Sancti Euſebij Vercellenſis: cuius feſtum die 17. Maij celebrari ſolet. Hanc Eccleſiam, quæ ſub rupe maxima eſt, deuoti Stampachini colluſtrare volētes, & ampliare; vſque ad prima fundamenta renouandam decreuerunt. Et cum vltra quatuor milia iuga boum terram inde extraxiſſent,

SS. monument.

ſent,comparere cœperũt quædam inſignia, quæ pietatem maiorum noſtrorum aperte indicabant,& glorioſa ſepulchra Sanctorum martyrũ demonſtrabant:imagines,capellas, altaria:quæ credẽdum eſt obruta, & cooperta fuiſſe à Sarracenis, in illa generali Sardiniæ deuaſtatione:vt omnino tolleretur Sanctiſsimi nominis Chriſtiani memoria,ſicutS. Auguſtini teſtatur hiſtoria: à nobis in chronicis de Sanctis Sardiniæ adducta. lib. 4. & in ſolut.ad dub.61.fol.157. iterum conſcripta.Sed ad rem veniamus. Aparuerunt nãque ſubtus terrã inde erutam, duæ pulcherrimæ capellæ,quarum vna intus,& foris moſaico opere colluſtrata fulget, in cuius frontiſpicio ſunt trina illa luminaria,eodem moſaico opere confecta, illa dico candelabra Calaritana lucentia ante Dominum, quæ in morte,ſicut & in fide non fuerunt ſeparata; Sãctæ ſcilicet Iuſta Iuſtina, & Henedina Virgines glorioſiſſimę,Calari glorioſo martyrio coronatæ: Sunt enim ibi ſimul cum ſuis titulis,ac expreſſis nominibus. Intra vero dictã capellam, eſt altare in quo ipſæmet Sanctæ Iuſta Iuſtina, & Henedina ſunt depictæ. Et certè exiſtimandum eſt,Chriſtianos pios eas ibi condidiſſe, tam honorifico ſepulchro, poſt acceptum martyrium, quas cum Calaritanas in chronicis à nobis editis ex tradi-

tione maiorum deſcripſerimus; his repertis indicijs, fidem indubiam iudicamus, vti ad §.21.fol.275.etiam deſcripſimus. Hæc enim inſignia miraculoſe, Deo inſpirãte patefacta ſunt. Ipſe enim qui illuminat mentes hominum, de reſtauranda, ac dilucidanda Eccleſia Sanctæ Reſtitutæ cogitans, pios hos deuotos ſtampachinos illuminare dignatus eſt, vt theſaurum iſtud abſconditum circa mille, & quingentos, & vltra annos (ſcilicet poſt prædicationem Euãgelij factam; vt aliqui volunt, à Sancto Petro Apoſtolo; Vel vt verius; à Sancto Antiocho Apoſtolorum diſcipulo: qui in Sulcitana Inſula exilio damnatus, glorioſo martyrio Anno 125. vitam finiuit) in lucem prodiret; ne in perpetuum obliuioni traderentur ſponſæ, quæ amore dilecti, proprio ſanguine conſecratæ fuerũt.

Not. Vald. Ioan. 16. Et quia quærere oportet, ait ipſa veritas Chriſtus, vt inueniamus: Sciendum eſt, prædictos deuotos, qui theſaurum prædictum inuenerunt, inueniendi cupiditate, & Sanctorum deuotione commotos, capellam ſupradictam fodientes inueniſſe monumentum Marmoreum, ſiue mauſolæum, in quo characteres infraſcripti, quatuor lineis contenti, exarati erant. Sequenti modo, & forma, cum duabus crucibus, vna in principio, & alia in fine:

HIC

✝ HIC REQVIESCIT B. M. EV-
GENIVS. QVI VIXIT ANNIS,
PL'. MIN'. LX. REQVIEVIT IN
PACE; SVB. D. XIII. KAL. IA-
NVARIAS. INDIC. DECIMA.✝

Quo titulo demoſtratur Beatũm Eugenium martyrio Coronatum Calari, ætatis ſuæ Anno ſexageſimo, vel circa, Requieuiſſe in pace ſub Diocleſiano Imperatore. die vigeſima Decembris, Indictione decima. Neque mirum, quod in. 1. B. pro SC. & in 2. 3. lineis poſitũ ſit, B. pro V. quia hoc ſculptoris vitio, & ignorantiæ latinæ orthographiæ, tribuendum eſt. quod noſtris temporibus ſæpe ſæpius in Impreſſione librorum contigit.

Poſt Sancti noſtri Georgij Epiſcopi Encomia, quibus Illuſtris maxime Sardinia Patria chariſſima prædicatur, vt huic operi finem imponamus (quoniã quę de noſtro Lucifero Calaritano Epiſcopo propoſuimus in præſentiarum adducere, meliori mutata ſententia, in alium tomum, ſimul cum ſuis operibus, typis donanda cenſuimus) operepræcium duxi, quam illuſtriſſima fuerit, etiam priſcis temporibus ipſa fideliſſima Patria, Eccleſiaſticis dignitatibus & prębendis, demonſtrare; breuiter tamen, ſequenti modo & forma. Not. vald.

In Sardinia 18. Eccleſ. Vna Primatialis Duæ Metropolitanæ, & 15. Cathedral.

Fuerunt namque In Sardinia, vti nunc Sunt, Vna Primatialis, Sancta Eccleſia Calaritana: & duæ Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ, Turritana Scilicet & Arborenſis. & Quindecim Cathedrales; in quarum vna quaque Epiſcopus cum ſuo Capitulo reſidebat. Quarum nomina hæc ſunt, ex Antiquis monumentis manuſcriptis deprompta. Suellen. Dolien. Sulcitanen. Galtellinen. Sorren. Sanctæ Iuſtę; Piouacen. Boſanen. Biſargen. Ottanen. Caſtren. Ciuitaten. Ampurien. Vſellen. Terralben. Hæ oēs fuerūt Eccleſiæ cathedrales quibus Illuſtrabatur Sardiniæ regnum, quorum nomina adhuc in vſu ſunt apud populum. Cum vero poſt Sarracænorum deuaſtationem, Inſula ipſa non ita populoſa extiterit, quod habitari; ſicuti prius; potuerit: Sereniſſimi Reges noſtri omni fœlici memoria digni, Ferdinandus Et Elyſabetta, Sanctiſſimum dominum Iulium Secundum Romanum Pontificem rogauerunt, pro ijs in pauciorē numerum redigendis, & alias alijs inſerendis, Ex. M. C. illius temporis.

Not. Vald.

Anno itaque Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Tertio. Sexto Kalendas Decembris, regnantibus in Hiſpania, & Aragonum Regnis, Ferdinando & Eliſabetta: Pontifice vero S.R.E. Iulio Secundo;

do; Pontificatus ſui Anno Primo, petentibus ipſis Regibus ab ipſo Summo Pontifice, decem, & octo Eccleſiæ Regni Sardiniæ, ad ſeptẽ redactæ ſunt: in tres nempe Metropolitanas & quatuor Cathedrales: quibus ſeptẽ aliæ vnitæ fuerunt. Calaritano Archiepiſcopatui vnitæ ſunt Eccleſiæ Cathedrales, Suellen. Sulcitanen. Galtellinen. Dolien. Turritano Archiepiſcopatui vnitæ sũt, Cathedrales Eccleſiæ. Piouacen. Sorren. Arborenſi Archiepiſcopatui vnita eſt Cathedralis Eccleſia. Sanctæ Iuſtæ. Ampurienſi Epiſcopatui, vnita eſt Cathedralis Eccleſia Ciuitaten. Alguerenſi vero Epiſcopatui, nouiſſime erecto, ab ipſo Papa, Regibus id petentibus, (vt ex M.C. apparet ſupra citato) ex Parochiali Eccleſia In Epiſcopalem erecta eſt. Et cum non haberet Parochiales Eccleſias ſubditas, vt Epiſcopalis honor requirebat: inſtantibus ipſis Regibus. Idem Iulius Secundus, tres Cathedrales Eccleſias, ſcilicet Ottanen. Caſtren. & Biſargen. in vnã Algueren. cõuertit.

Calaritana

Turritana.

Arboren.

Ampurien.

Algueren.

Vſellenſis Eccleſiæ Epiſcopus ita nominatus ab Vſellis perantiqua Ciuitate, Romanorum Colonia inſigni, quæ vel bellorũ ruinis, vel inimicorum Sarracenorum vi, ſolo æquata, oppidulum eſt. Huius Epiſcopus Ciuitatis, ijs vel alijs de cauſis in Alen. translatus eſt, vbi Sedes Epiſcopalis nũc eſt. Huius

Vſellen.

tranſlatio, quando, quomodo, & à quibus, quo vè tempore facta ſit, monumentis, neq. ſcriptis fide dignis inuenire potui Traditio autem maiorum refert; hanc tranſlationem factam tempore Donne Violantis Carros Comitiſſæ de Quirra; Dominæ earundẽ Ciuitatum Vſellis, & Alen. quæ Eccleſiam prædictam Alenſem magnis auxit muneribus, ac prouentibus. Cui Eccleſiæ Vſellenſi Alexander Tertius Rom. Pont. Annexã fecit Eccleſiam Cathedralem Terralbenſem. Ita dictam à Ciuitate Terralba Romanorũ Colonia antiquiſſima. quæ nunc bellorum ruinis ſolo æquata eſt, ſita namque fuerat in loco qui nunc dicitur Vras. Et maxime notandum eſt, quod quãuis Epiſcopalis ſedes alio translata fuerit; nihilominus Epiſcopus Vſellen. Non Alen. dicitur. Huius Epiſcopus fuit Caſſianus Vir doctiſſimus. In concil. Arelaten. 1. inter Epos relatus qui in pace quieuit.

Not. Vald. Hæc omnia præceſſit tranſlatio S. Metropolitane Eccleſiæ Turritanæ, quæ cum bellorum ruinis deſtructa omnino Ciuitas fuerit, erat namque ampliſſima, Romanorũ Colonia tam populorum multitudine, quam nobilitate ac diuitijs Illuſtriſſima, vt ex eius ruinis videre licet. & maxime poſt acceptam Chriſti Domini Euangelij prædicationem, quam pij noſtri Sardi maiores, quamque deuotiſ-

uotiſſimi S.R.E. ac Sanctorum cultus,& veneratiionis extiterint, in tẽplo illo omni decore colluſtrato, Sanctorum ſcilicet martyrum Gauini Proti & Ianuarij, illuſtre apparet teſtimonium. Hæc igitur Sancta Metropolitana Eccleſia Turritana Sarracenorum incurſibus, ac obſidionibus quotidie ſubiacens erat. Quare Illuſtriſſ. D.Petrus Archiepiſcopus,& Illuſtre ac admodum R.Capitulum petierunt à Summo Pontifice transferri intra eandem diœceſim, in locum ſcilicet tutiorem, & commodiorem, ad diuina ibi perſoluenda Põtificalia,& diuina officia celebranda. Sicq. translata fuit: retento tamen nomine Turritanæ Eccleſiæ, ſicuti patet ex Motu proprio tenoris ſequentis. Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei venerabilibus fratribus Piouacen. & Biſargen. Epiſcopis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Super vniuerſas orbis Eccleſias noſtræ vigilantiæ, diuina diſpoſitione commiſſas, &c. Et infra. Pro parte venerabilis fratris noſtri Petri Archiepiſcopi, & dilectorum filiorum capituli Turritani nobis expoſitum eſt Dat. Florẽtiæ Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimo primo. Pontificatus noſtri Anno vndecimo. Ex hac igitur bullla apparet, quare huiuſmodi tranſlatio facta fuerit & S Eug mar.

tiſſam vſque ad diem obitus, indui ſe monachica veſte noluiſſe; ſed in veſtibus quę vtũtur presbyteræ permanſiſſe. Hæc S. Greg. locis citatis.

Quare Illuſtriſſimum Præſulem oro, Illuſtre, & Admodum Reuerendum Capitulum hortor; vt qui tantæ Primatialis Eccleſiæ opibus ac prouentibus fruuntur, eiuſdem honoris ac exaltationis non obliuiſcantur. Si pij illi Patres Eccleſiæ huius Canonici, honore harum dignitatum congaudentes, eas vſque ad Sarracenorum deuaſtationem conſeruarunt; cum tenui ſane prouentu: nunc, quando prouentus, & fructus cũ quauis Eccleſia orbis equiparari poſſunt, quid eſt, quod de ijs reſtituendis in ſuum priſtinum ſtatum dignitatibus, non curatur? ſpero ſane ex ijs futurum, quod ad Sanctiſſimũ Dominum Noſtrum Sanctę Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopum ſupplicantes accedent, pro ijs reſtituendis Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ dignitatibus. quod honor & gloria, tum Regno, tum Ciuitati, Eccleſiæ eidem, populoque vniuerſo gaudium inenarrabile erit. Qui non ſolum in multitudine Sanctorum Sardorum exultant, verum etiam in ijs quæ honoris & gloriæ Eccleſiarum ſunt, habent gloriam. Dicente Eccleſiaſtico. Multam gloriam fecit dominus magnificẽtia ſua Auctor.

à ſæculo. Sed quam gloriam? Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute & prudentia ſua præditi, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in præſenti populo, & virtute prudẽtiæ miniſtrãtes populis Sãctiſſima verba. Quæ primum de S. Epiſcopo Georgio ſentire, non incongruum eſt, cum fecerit dominus, magnificentia à ſæculo, multam gloriam, quando eum Regno Sardiniæ dedit in Patronum & aduocatum, pro ipſo, in cœlis; hominem ſane dominantem, per Epiſcopalem dignitatem, in populis; adminiſtrantem ipſis, Sanctiſſima verba, præditum, prudentia cœleſti; magnum, virtute miraculorum, denunciantem dignitatem prophetarum, in ſermonibus & actibus ſuis. Hunc ergo deprecemur Sardi, maxime Calaritani, tamquam conciuem; vt qui conciuis eſt iam Sanctorum & domeſticorum dei, preces noſtras audiat, orationes noſtras vitamque dirigat, & apud Deum qui Sanctum illum fecit, exaudiri nos ab ipſo faciat.

Hæc ſunt Beatiſſime Pater, quæ pro S. Epiſcopi Georgij Sanctitatis demonſtratione ſcribere placuit, & Sanctitati veſtræ Summo orbis, & Vrbis Epiſcopo, Chriſti Vicario, dicare offerre & con ſecrare. Quẽ omnipotẽs Deus multis ſeculis regnare cõcedat Romæ.

Ex-

ERRATA

p. Pag. l. Lineam indicat

p. 15. l. 1. fecerit. l. 18. dicit. accuſat. l. 10. Sardi adiutorium ¶ p. 17. l. vlt. fructum ¶ p. 21. l. 14. ſeparo te ¶ p. 22. l. 14. factus ¶ p. 24. l. 1. era. l. 2. cum ¶ p. 29. l. 2. cum l. 22. adornatæ. ¶ p. 29. l. 22. eſſe ¶ p. 33. l. 1. vltimum. l. 6. fulcitur. ¶ p. 35. l. 24 iſta accipimus ¶ p. 36. in marg. hæreſi. ¶ p. 46. l. 4. ſapientior. l. 1. canonizatum. ¶ p. 53. l. 10. rerum. ¶ 59. l. 6. Quomodo ¶ p. 62. l. 4. capitolio ¶ p 79 l. 17. propoſitum l. 27. Martino. ¶ p. 90. l. 17. linguis ¶ p. 94. l. 3. autem. l. 17. cultus. ¶ p. 95. l. 7. riguroſe ¶ p. 96. in marg. Antoninus. ¶ p. 97. l. 19. materna ¶ p. 98. l. 21. gaudentibus ¶ p. 105. l. 25. contemporaneus. l. vlt. nominis ¶ p. 106. l. 16. bene. p. 131. l. 14. Scripturis ¶ p. 136. l. penult. cardinales. ¶ p. 157. l. 14. Anno ¶ p. 160. l. 9. nullus ¶ p. 161 l. 10. plurimæ. l. 12. Sancto. l. 17. diſſeminatorum. l. 20. ſeruiunt. l. 21. contradictiones. l. 24. animus. ¶ p. 168. l. 10. Epiſcopis. ¶ p. 169. l. 13. polluiſſe ¶ p. 172. l. 16. Pontifici. l. 23 perſequente ¶ p. 173. l. 18. foris. ¶ p. 177. l. 3. conſpectum. ¶ p 182. l. 1. eſt, deleatur ¶ p. 184. l. 2. zelus ¶ p. 190. l. vlt. gaudeo. ¶ p. 192 l. 5. pugnant. ¶ p. 194. l. 4. per. ¶ p. 206. l. 2. decantatis ¶ p. 210, l. 4. animos ¶ p. 224. l. 21. Deum. ¶ p. 242. l. 2. cui ¶ p. 250. l. 23. id. l. vlt Gregorij ¶ p. 256 l. 19. eſſe ¶ p. 236. l. vlt. accedat. ¶ 267. l. 14. quæ ¶ p. 269. l. vlt. hunc primum ¶ p. 274. l. 5. exceptione ¶ p. 285. l. 2. conuerſæ ¶ p. 289. in marg. 10. Septemb.

Si alia fuerint errata Doctus benigne corrigat.

REGESTVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

Omnia ſunt folia integra, præter A, quod eſt medium.

Explicit Apodixis
Ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis; & Beatiſſimæ ſemperq; Virginis Mariæ: necnon, & Sancti Georgij Epiſcopi.

Per Fratrem Dimam Serpi Calaritanum: Ordinis Minorum de Obſeruantia. Theologiæ Profeſſorem.

Omnia ſub Correctione. S. R. E.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

R O M AE,
Apud Iacobum Maſcardum. M. DC. IX.

Superiorum Permiſſu.